ELEMENTA
Juris Poloni

ex

Legibus, Statutis et constitutionibus Regni Poloniæ et Magni Ducatus Lithuaniæ nec non ex Jure civili seu Romano Saxonico

eruta

Brevi et commoda Methodo Nobili scholarum Piarum Collegii Varsaviensis Juventuti

Tradita

Anno Domini MDCCLIX

Robertus Brzostowski

„Turpe est patricio et nobi-
„li et causas oranti jus in
„quo versaretur ignorare
L. 2. § 43 L. ff de Orig: Jur.

„Turpe atque ridiculum
„quemque profiteri se liberum
„esse Legibus quas ignoret.
Orichovius. in Sta. Przy:

ELEMENTA Juris Polonici

PROOEMIUM.

Incipientibus juris studio navare operam, finem nosce-„ re imprimis oportet, propter quem jus in societate huma-„ na constitutum est. Finis „ autem universi juris est ju-„ stitia, quæ in eo consistat „ ut suum cuique tribuat, et ut „ Cicero libro quinto de finibus „ agit. Justitia est habitus seu „ animi affectio suum cuique „

Finis universi Juris

„tribuens et hanc societatem
„conjunctionis humanæ mirifi:
„cè et equè tuens. Cujus pri:
„ma ac generalia præcepta sunt.

Præcepta Juris „Honeste vivere neminem lædere,
„et suum cuique tribuere
Ars et disciplina hæc, quæ nos
justitiam seu quod suum cuiq
est ex Jure cognoscere docet.

Juris prudentia quid „Apellatur Juris prudentia,
„quæ in justi et injusti scien:
„tia consistit: ac bene defi:
„niri potest. Quod sit habitus

(a) Heineti Elem. juris imo tit imo. „practicus. leges recte interpre:
„tandi aplicandiq; rite quibusvis
speciebus obvenientibus. Vis

Interpretatio quo: duplex enim et potestas legum non
ex verbis tantum sed ex ra:
tione earum perspici debet

quæ

quae si latius patet verbis in-„
terpretationis extensivae, si cla-„
ram continet interpretationis „
declarativae, si restrictior est „
interpretationis restrictivae,„
fundamentum habetur. Cum
vero juris prudentia, a quo
et ipsa nomen habet, quid „ In quo sensu
justum, aut injustum sit co-„ hic accipiet
gnoscere nos doceat. Jus, quid „
intelligimus idem ac leges „
seu potius, legum omnium „
complexionem unius generis: „
Leges autem cum vel de sta- Juris divisio in
tu Publico, vel de privatorum publicum et privatum
negotiis ferantur, jus, recte „
dividitur in publicum et
privatum.
Publicum de statu juribusque Quid publicum
rerum Publicarum, vel de quid privatum

imperantium ac civium nexu, Privatum ad singulorum utilitatem id est ad meum et tuum spectat.

Utrumq; triplex origo

Utrumqs tripartitum est collectum quippe ex preceptis Naturalibus gentium, et civilibq, de quibus agendum nobis est

De Iure naturali Gentium et Civili

Iuris tam publici quam privati vocabulum quod omnium legum complexionem significat, pro earum diversitate, diversis quoque distinguuntur generibus. Leges igitur tum vel Divinæ vel humanæ sint.

Ius

jus quoque vel divinum vel humanum esse oportet „Divinum vel humanum

Divinum prout vel per rectam rationem, vel per sacras literas promulgatur, aut naturale gentium dicitur vel positivum."

Jus naturale est ab ipso Deo generi humano per rectam rationem promulgatum Rom. 115 Quid jus naturale

Jus gentium vero est, ipsum jus naturale integrarum gentium negotii et causis aplicatum ut Plut. lib. 1 de jure gentium. Quid jus gentium

Jus divinum positivum denique quod per sacras literas promulgatum ex recta ratione sola non innitescit humano generi comune vel genti judaica proprium Quid jus positivum

est

"est et hinc, in universitate et
"particulare distingui solet.

Jus humanum et civile " Hoc jure divino posterius
"est, et humanum, quod et civile
"dicitur, et est jus quod quisque
"positus sibi constituit, et
"cujusque civitatis proprium
est. Leg: de Just. et Jur. per
"excellentiam autem civile
"vocatur, Jus Romanum
"vel Quiritalium. Quod jus

Jus Romanum " Romanum cum sit fons om
"omnis publici privatique juris
(b) Livig l. 3 "(b) et omnium humanarum
"legum mater vocetur, habea=
(c) In Lud. cap. turque, (c) de quo recte men=
toque vir eruditissimus Jaco=
bus Facciolati in oratione

ad juris

ad juris prudentiam inquit:
"hoc non unius civitatis "
aut Provinciæ sed generis "
humani et ipsius quodammodo "
naturæ jus et prisca o= "
mnium seculorum sapientia "
conflatum è cœlo propé "
dimissum ad barbariem co= "
lendam omnesq; omnium "
populorum voluntates uno "
vinculo consortiandas; erit "
igitur operæ pretium ali= "
quam illius habere notitiam.

De Jure civili seu Romano

Jus itaq; Romanum quod
cum Republica in tantam
molem excreverat, ut jam

Livius lib. 3 cap 34 im-
„mensum aliarum super a-
„lias acervaturum legum
„cumulum illumque apellasset
primum Flavii Justiniani
Imperatoris cura atque
immortali in Rempublicam
„merito per innumera pene
„volumina diffusum atque
dissolutum in veluti Corpus compositum fuit.

Corpus Juris compositum

Hic enim Imperator cum
Imperio orientis sexto seculo
praeesset, ut certo jure muniret
Rempublicam cui armis jam
plurimum profuerat, opera
Triboniii aliorumque virorum
ejus aevi juris-peritorum usus
primo constitutiones electas
Principum ab Adriano ad

Codex Justinianeus

sua

sua tempora antea in codices Gregorianum, Hermonianum et Theodosianum collectas in novum codicem conscribi jussit, quem suo nomine Justinianeum vocavit.

Deinde ad immensa veteris prudentiae volumina quorum duo millia erant è trecies centenis millibus versuum hoc est lincarum composita curam suam convertit, ex iisque per septendecim viros conficiendas curavit, Pandectas seu digesta

Pandecta seu digesta.

Hinc porro institutiones ex veterum jure consultorum manualibus libellis

Hinc institutiones.

ex maximo Cay conscriben=
das curavit, ut essent totiq
legitime scientiæ prima
elementa.

Codex repetitæ prælectionis

Cum paulo post deprehende=
ret Imperator, non pauca
superesse Codicis Justinianei
et Pandectarum dissensiones,
eve visum est codicem illum
reteni novumque adornavi
qui ideo vocatur codex
repetitæ prælectionis ab
olito Justinianeo.

Novellæ

Secutæ sunt hanc compila=
tionem variæ constitutio=
nes seu Novellæ, græce ma=
ximam partem conscriptæ
quas licet se collecturum
promitteret, Justinianus
fidem tamen quantum

constat

constat non liberavit. Cum enim hodie sub titulo novem collationum extant novellæ et non multo post Justiniani tempora et ante Gregorianum magnum Papam ab homine semibarbaro collectæ ad verbum quidem, sed parum casta latinitate explicatæ sunt. Sola tamen illa semibarbara explicatio autentica est. Ex novellis istis et constitutionibus quibusdam Imperatorum Germaniæ ab Irnerio ut videtur aliisque quibusdam juris prudentiæ restauratoribus excerptæ sunt authenticæ, id est summaria novellarum constitutionum legibus codicis quibus

Ab homine semibarbaro collectæ.

authenticæ

derogant.

derogant subjuncta.

Libri Feud. corpori Juris additi

Praeterea à Hugolino juris consulto Benoniensi Novellis additi sunt sub titulo decem collationes libri feudorum medio circiter seculo duodecimo à Gerardo Nigro et Oberto Consulibus Mediolanensibus collecti, unde et hi una cum corpore juris recepti in forum juris communis feudalis auctoritatem obtinent salvis tamen moribus hujusque gentis patriis.

Cum ergo sensim in hanc molem excreverit jus Justinianeum et lex posterior deroget priori consequens est 1. Ut Codicis Gregoriani, Hermogeniani et Theodosiani quae extant fragmenta

gmenta, quamvis ad juris interpretationem utilissima tamen nullius in foro auctoritatis sunt. II. Ut Novellæ derogent libris omnibus quia postremo prodigerunt, III. Ut Codex deroget institutionibus et Pandectis quia utrisque posterior. IV. Ut institutiones et Pandectæ, quæ ab eodem tempore robur suum obtinuerunt ejusdem auctoritatis sint, et ne utræ alteris derogent.

Quanta hodie sit juris Romani auctoritas.

Quia deinde privatus non condit legem sequitur. V. ut authenticæ quippe privatis collectæ non polleant auctoritate legum, nisi quatenus cum novellis ex quibus decerptæ

cerptæ sunt conveniunt. Quia deinde Justiniano, qui orienti præfuit, pars maxima Europæ, in qua hodie jus Romanum viget, nunquam paruit consequens est! VI. Ut jus Justiniani hodie obliget quatenus receptum. VII. Ut illi leges et statuta, nec non mores Patrii singularum civitatum et Gentium præferantur. VIII. Ut novellæ Leonis quamvis cum jure Justiniani edi soleant, nec non edicta Justiniani. IX. et quædam constitutiones à Jacobo Cyacio Contio aliisque viris doctis constitutæ contra jus Justinianeum

An authentica auctoritate polleant.

nianeum

nianeum non valeant.

Ex his demum fontibus sequuntur divisiones et species juris Romani atq[ue] I. cum populus Romanus jus sibi expresse vel tacite verbis aut factis constitueret dividitur in jus scriptum et non scriptum.

Divisio juris Ro= in scriptum et non scriptum.

Juris scripti species apud Romanos ob mutatam subinde formam Reipublicae erant plures. I. Plebis scita II leges III. senatus consultum IV Principum placita V. Magistratuum edicta VI responsa prudentum, quae et jus civile, strictissime dici solet.

Juris scripti species.

Lex est quam, populus Romanus, id est Patricii, Senatorio Magistratu rogante veluti Consule Dictatore, Tribuno militum consulari potestati.

Quid lex

decem

Decem viris, Prætore, in comitiis olim curiatis postea olim centuriarum vel Tribuum suffragiis constituit.

Quid plebis scitum: Plebis-scitum, quod plebis (i. à „Patriciis discreta.) plebeyo „Magistratu rogante veluti Tribuno plebis in comitiis tantum „Tributis, et Tribuum suffragiis „constituit, quibus plebis-scitis cum initio teneri nollent Patricy, postea iis eadem auctoritas data, ac ipsis legibus „per legem primum Horatiam, „deinde per Publicam, denique „per Hortensiam, unde et Plebis-scitam dici cœperunt leges „veluti lex. aquilia, lex Falci„diacite

Senat. consultorum origo: Senatus consulta libera adhuc Republica erant decreta senatus

de

de rebus amplissimi ejus ordinis curæ demandatis, ut de cura ærarii, Legationibus, administratione provinciarum, cognitione de maleficiis, per Italiam commissis, Triumphis, comitiis feriis, supplicationibus, aliisque hujus generis quæ ad senatum pertinebant. Sed non faciebant jus nisi populi suffragiis probata quod sæpe factum novimus, alias populum non tenebant, sed senatum tantum illius anni, tanquam instituta unius anni. Postquam vero Tiberius eversurus antiquum leges ferendi morem, comitia ex campo transtulerat injuriam non abigebatur senatum jus facere posse.

Senatus consul-
:tum quid

Cum ergo Senatus ita jam populum, vel comitia repræ-
:sentaret, senatus consultum definiri poterit, quod sit jus à Senatu loco populi adoratio-
:nem Principis v. Consulis re-
:lationem constitutum. Talia

Quamdiu dura-
vit.

senatus Consulta uti nunquam vocantur, jura orationibus Prin-
:cipum constituta, post An-
:toninorum tempora paula-
:tim ab usu recesserunt, post-
:quam multo ante Principes in quo jus omne populus per legem regiam contulerat constitutionibus selectis suis jura nova sancire cœperant.

Lex autem illa Regia quæ et lex Imperii dicitur, nec non augustum privilegium erat

complexio

complexio prerogativarum Imperatoribus decretarum sub auspicio imperii.

Constitutiones hujusmodi sunt. Principum placita quæ si volunt legis habent vigores. Cum ergo à Principis voluntate auctoritatem sortiantur Princeps vero omnes cives velit abstringere, vel quibusdam extra ordinem aliquid indulgere, haud imponere vocatur Generales quales sunt, rescripta, decreta, edicta. posteriores speciales quales Privilegia, quæ ad exemplum non trahuntur, Prescriptis, princeps velut ad libellos partium, vel ad consultationes magistratuum decreta, vel ad desideria universitatum.

Constitutiones quid sunt.

Rescripta et eorum variæ species

Decreta — Decreta dat Imperator dum causa inter partes cognita sen=tentiam fert Edictis princeps motu proprio jus novum ad universorum civium utilita=tem constituit. Ab edictis disten=gui Mandata quæ etiam motu proprio principis et ad certas tamen personas distinguuntur. Cum ergo Principum constitu=tiones legis habeant vigorem si Princeps velit, consequens est. I. Ut rescripta non faci=ant veritatem si preces veri=tati non innituntur, vel si Princeps non subscripserit, vel si dies vel Consul desit, aut in præjudicium tendant. II. Ex eodem sequitur, ut Decreta jus tantum faciant inter partes, nisi Princeps iis vel

Edicta

Mandata

An rescripta jus fecerint

jus

jus obscurum et ambiguum interpretetur, vel decretum ad similes species proferri diserte jubeat, denique inde fluit. III. sola Edicta proprie jus facere et pro lege esse, unde et leges edictales perpetuæ vel in perpetuum vel alituræ dicuntur. Constitutionibus generalibus opponuntur speciales, quæ et privilegia, quasi privæ leges apellantur. Privilegia

Privilegia ergo sunt constitutiones quibus imperans vel ob meritum aliquid indulget vel poenam vel extra ordinem. tamen ad exemplum non trahenda. Proinde vel odiosa sunt Cc. odiosa & favo.

vel

"vel favorabilia, Odiosa, quibus pœna extra ordinem major quam lege definita infligitur. Favorabilia quibus ob merita aliquid indulgetur. Eadem privilegia vel

Necnon vel personæ v. causæ

personæ tribuuntur vel causæ illa personaria hæc reavia dicunt. Illa cum persona exspirant, nisi nonnunquam et viduæ mortuo necrite concedantur hæc ad heredes transeunt.

Magistratuum edicta.

Ad jus scriptum porro pertinent Magistratuum edicta, solebant enim Pretores, Proconsules

magistratus ixnitio magistratus jus dicitur, ut essent ad jurisdictionem

suam

suam pertinentibus unde
edicta Urbana vel Præ-
toria Provincialia, Procon-
sularia, quæ con-
junctum juris honorarii
nomine venire solent.
Quamvis enim magistratus
legislatores
verissime tamen sibi suppe-
rant facultatem jus adjuran-
di, corrigendi propter uti-
litatem publicam. Unde
omnia initio usu fore
comprobata denique juris
scripti auctoritatem ob-
tinuerunt maxime post-
quam collecta sunt, edicta
perpetua Pretoria et Pro-
vincialia sub Adriano
Imperatore quæ etsi perie-
rint, multa tamen ex
iis

An jus facere
potuerunt.

iis digesta migrarunt.

Responsa prud. Denique et responsa pruden-
„tum, ut jus scriptum referunt
„id est sententiae eorum qui-
„bus permissum de jure
„respondere. Hactenus de
„jure sumpto non scriptum
„seu consuetudo est jus
„populi tacito suffragio
„(libera adhuc Republica)
„vel tacito consensu Prin-
„cipis (in statu Monarchico)
„introductum. Qui enim
„juri scripto, idem et non
scripto dat auctoritatem
id est summus praeparans
quorum penes potestas
legislatoria.
Cum vero tot species juris
scripti ex mutata subinde

Reipub.

Reipublicæ forma natæ sint facile patet eas hodie fere extra usum esse. Sed jam Romano sufficient, quæ nos ad Patriam ducant de quo nunc agemus.

De
IURE POLONO.

Quid est jus Polonum.

Quemadmodum unusquisque populus jus suum habeat, "quod ipse sibi constituit, et" "cujus civitatis proprium est" "quod et jus civile dicitur" "Ita quoque juris Poloni no-" mine intelligi debet leges et consvetudines quas gens Polona ab origine sua ad hæc usque tempora consti-

tutas

tutas sibiq3 proprias habet.
Cujus porro Magistrat9 et auctoritatis antiquitus fuerit in Polonia et nunc est leges constituere, nemo clari9 certiusve demonstravit praefacionis Vol. leg. Th. 1. nimirũ principio ipsorum Regum id jus fuisse propriũ circa annum 1140 post abitum Boleslai Krzywousti jus idem nobilitatis cum Principe cessisse esse commune, nec unquam hactenus senatui aut equestri ordini intermissum perdurasse, ordinem autem equestrem antiquit9 praevocatos è provincils viros nobiles, terristribus officiis

functos

functos, post constitutionem autem anni 1454. per Nuntios auctoritatem suam exercuisse, semperque voluntatem et consensum ordinum ad aliquid de Republica fuisse et esse necessarium.

Cum vero jus Polonum omnes leges Poloniae complectatur, Leges autem vel de statu publico vel de privatorum negotiis ferantur hinc dividitur in publicum et privatum. — Jus publicum vel privatum

Publicum de statu juribusque Reipublicae praecipit, quod nos hic praetermittimus privato duntaxat operam daturi — Quid jus publicum

Privatum autem quod ad singulorum utilitatem pertinet et cuique privato quod suum — Quid privatum atque illius species

est

"est tribuit. cujus species seu
partes sunt: Jus Particulare
" municipale et personale.

Particulare seu municipale

Particulare seu municipale
est, quod non ad universos ci=
ves, sed ad alicujus tantum
loci vel Provinciae incolas ex
tenditur. Suntque particulares
sive municipales. Propriae qui=
busdam leges: Ut statutum Li=
thuanicum a Sigismundo Au=
gusto confirmatum cujus va=
riae sunt editiones sed ultima
Vilnae 1693 prioribus prae=
fertur quodque publici et priva=
ti apud Lithuanos juris
Polonico sermone continet,
item Masoviae, Voloniae
Braclaviae, Provinciarum
statuta diversis temporibus

condita

condita, jus terrestre nobilitatis Prussiæ correctum Anno 1598 et in Comitiis Regni confirmatum una cum juribus fundamentalibus ejusdem Provinciæ. Huc pertinent plebiscita, privilegia et jura Civitatum nostratum comune jus esse Zalaszovius affirmat. (a)

(a) Zalasz: de ju. Reg. Pol: tit. 2. fol. 12.

Personale.

Personale quod in favorem personæ alicujus tantum est et nomine apellatur. Privilegium aut Rescriptum quodque jus non potest extendi ad alias personas, quam quæ Privilegio nominatim distinguantur neque aliam interpretationem Privilegia admittere possunt, quam quæ in se continent et posteriora tempora in preju-

diciun

dicium priorum edita nullum robur habere debent. Non autem ut quisque privilegium à principe impetravit, et continuo id valere, nam primo rescripta Principum contra jus vel utilitatem elicita à judicibus improbari jubentur si vero prosint petenti ita ut alienum lædant, vel crimen suplicantibus indulgeant, aut licet cum læsione alterius moratoria duntaxat præscriptio Polonica (. Listy Żelazne.) debitori permittatur, id est exceptio dilatoria, non qua pervincatur actio, sed petitio et exactio in tempus certum differatum, spatio ad solvendum debitori dato, Quo tamen casu

non

non aliter in jure civili plane editum valere quam fidejussio idonea super debiti solutionem præbeat, idque factum Imperatoris Caroli Quinti edicta.

In jure Polono literæ moratoriæ, id est, (Listy Zelazne) ne civibus et hebreis contra nobiles ad differendam debitor. solutionem dari possint, sub nulla iisdem vi attribuenda prohibet constitutio. Inter Cives vero et alios personas nonnisi ex justis causis, algs in legibus descriptis dari permittit (a) Si Principi obreptum sit celat, scilicet veritate vel expresso mendacio suscepto

fructum

fructum privari jubetur qui id impetravit, utrumque ex voluntate et Principis mente sumptum est, qui non creditur, aliquid velle contra utilitatem publicam concedere, aut aliter quam si preces veritate nitantur. Hinc est quod ab ipsis Principibus rescripta (aut Privilegia ejusmodi) revocentur rejiciantur et aboleantur. Cum autem gens nostra, ut alius quisque populus libere vel expresse, sibi jus constituit, vel tacite, Nihil enim interest suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis et factis (b) differentia juris

Jus scriptum et non scriptum

(b) l. 32 §1, ff. de leg.

scripti

scripti et non scripti, etiam in jure Polono sequitur. Non scriptum, jus est consvetudo tacito populi consensu vel juris interpretatione inductam publicam respiciens utilitatem omnium hominum memoria antiquior aut saltem decem annis prescripta (C

drzyz in pref. leg. et stat Pol.

Cum ergo consvetudo sit jus tacito consensu legis latoriæ potestatis inductum consequens est I. ut quæstio sit an consvetudo hujusmodi in Republica inoleverit, quod ex diuturnitate temporis et actuum uniformium frequentia probandum. II. Ut introducta

Consvetudinis vis et potestas

eadem

eadem vis sit ac ipsius legis III. Ut et legibus anterioribus derogat et easdem plane tollat. IV Ut si qua consvetudo recta rationi et bonis moribus repugnat non stinet a potestate legis latoria probari

Usq consvetudinis

Usus consvetudinis primg est interpretari, et confirmari legem, si secundum eam ipsa consvetudo, optima enim legum inter pres consvetudo est, Item si est contra legem inducta obtinet ipsa vim legis et secundum eam vindicatur.

non

Non enim absurdum est
ut mores civium in una-
quaque Republica habeatur
pro jure.
Contra jus scriptum con-
suetudo quae annis 40 durat
et frequentia actuum ro-
bur obtinet, ita ut ex eo bis
vel ter ad minus sit ju-
dicatum (d) si consuetudo
contra jus positivum est
inducta tollit illam nisi obstet
aliqua lex derogativa, id est
talis quae prohibeat talem
consuetudinem induci, et hoc
contra privatos personas
Juris consulti intelligi volunt
non contra Rempublicam

Contra quae valet
vel n consuetudo

(d) Przy ibidem

neque

(e) idem ibidem

regesque ejus partes (e) Tollitur autem consuetudo duobus modis I. per contrarium actum si praescriptio nondum est completa. II. si praescriptio est completa tollitur per non usum tanti temporis (f) Jus scriptum est quidquid vel ipsorum regum arbitrio vel deinde libero ordinum suffragio constitutum fuit; sive leges omnes latae et promulgatae quae alio nomine constitutiones statuta appellantur.

(f) idem ibidem Jus scriptum

Unde vero hoc jus petendum sit, fontes sunt omnes libri eorum Auctorum

qui

qui nobis leges Polonas
inscriptas redactas college-
runt ac varia methodo ac
ratione diversisq; tempori-
bus tradiderunt. Sed cum
Republica nostra literarum
usum habere cœpit antiqui-
ores alias legibus Anni 1347.
qua extent non habemus.
Primus itaq; Joannes
Laski Cancellarius regni
et Postea Archi-Episcopus
Gnesnensis ab Ao 1347 ad
1505. leges nostras descripsit.
Post hunc Andreas Petri
covius ab anno 1550 ad
1625 qui vero diversa pri-
nis methodo leges Polonas

digessere

digessere dn sunt Joannes
"Przyluzius ad annum 1552
"Herburtus ad annum 1594
deinde ~~Joannes~~ Jonuszewicz
ad annum 1600. Tum
Pauli Szczerbity. Promptua-
"rius statutorum Ao 1604.
Theodori Zawacki compen-
"dium constitutionum Ao 1613
Augustini Kolucki Ao 1697
promptuarium legum edictum
"successere. Item Hartnochius
"Falchovius, et Szalaszowicz,
qui jus regni Poloniæ pu-
blicum et privatum scripse-
re quorum postremus ad tem-
pora usque Augusti II per
"tingit. At Lengnichii Jus
"publicum Regni Poloniæ

longe

longe aliis exactius Anno "1742 in lucem prodigit. Al-" "bertus Madalinski Aº 1644," "Martinus Ladowski Aº 1683" breves indices ordine Alpha-betico confecere. Madalini vero indicem Reverendissimus Andreas Josephus Załuski Referendarius Regni nunc Episcopus Kiowiensis in annum 1726 continuavit. Tandem leges omnes, statuta, Constitutiones Regni Poloniae omniumque provinciarum annexarum ab Anno 1340 in unum opus absolutissima collecta in Typographia Collegii Varsoviensis scholarum

Piarum

Piarum opera eorundem Pa=
trum Aõ 1754 editum.
Postremo accessit his omni=
bus Aõ 1758 Codex Diplo=
maticus Regni Poloniæ
et Magni Ducatus Litha=
aniæ auctore Pre Dogiel
Scholarum Piarum de cujus
operis primo Thomo elegan=
tissimis Typis jam Vilnæ
impresso summopere sibi
non modo Poloni nostri sed
et exteri omnes gratulan=
tur, ac reliquos cum ingen=
ti desiderio expectant. Mi=
rifice enim Diplomata
hæc quæ diu in annalium
Historicorumq; libris quæ=
siveris et difficile invenire

potueris

potueris, juris prudentiam illustrant ac instruunt. Jus autem civitatum nostrarum Theutonicum seu Saxonicum dicitur in libro communiter speculum Saxonum in scripto continetur.

Quid discriminis inter leges et constitutiones

Cum itaque hi sint fontes Juris Poloni ex quibus illud haurire debeas, illi vero leges constitutiones et statuta contineant, explicandum videtur discrimen, quod inter nomina inter incedit. Legem proprie apellamus illam, quae praescribit quid cuique agendum dubitandumque sit constitutiones vero quae desinit omnia negotia

tia aut partes concernentia.

Quid discriminis inter statuta et constitutiones

Statuta autem et constitutiones tempore tantum inter se differunt, quo illa priora et latino accommodata ad tempora Sigismundi Augusti scripta sunt, hae vero posteriores sub Sigismundo Augusto idiomate polono scribi et constitutiones dici coeperunt.

Regula juris dicendi

Jam ex his fontibus hacce nascitur juris dicendi regula, in allegationibus causarum recurrendum est, ad jus particulare sumptum vel ad praejudicatum in causa simili postea ad consuetudinem particularem tandem ad jus

commune

commune ~~Romanum~~ Regni,
hoc est, statuta et constitu-
tiones vel consuetudinem
generalem, his deficientibus
ad jus commune Romanum,
ut habetur in statuto Li-
thuanico cap IV art. 54 ad
finem. Sit autem sit causa
alicujus civitatis tunc ad
plebisscitum vel privilegium
recurrendum, vel consve-
tudo illius attenta. His
deficientibus ad jus Saxo-
nicum, cum hoc jus sit
commune civitatum no-
strarum, ut jam diximus

Objecta juris personae res et actiones.

Ceterum cum ad normam
institutionum Justiniani
Jus vel ad personas vel
vel ad res vel ad actiones

pertineant

pertineant, ac optime in
hac objecta dividitur, hanc
itaque divisionem ac metho-
dum in Jure privato
Regni Poloniae quod aggre-
dimur sequi nobis placuit
ut 1mo libro de jure per-
sonarum lib II. et III. de
jure rerum IV de jure
actionum et de judicii
simus acturi.

LIBER I.

De jure Polonorum

Titulus 1mus

De prima hominum di-
visione et in specie de
conditione Plebejorum.

De

De patrio personarum jure acturi à Romano initium facere instituimus quod patrii Juris consultorum nihil magis decere adjuvare personasum nobis sit, quam ut illud quod fontem et Matrem omnium jurium esse diximus imprimis noscat et comprehendat.

In Jure itaque Romano „ homo et persona maxime „ differunt. Homo est ui- „ cunque mens rattione prae- „ dita in corpore humano „ contingit. Persona est homo „ cum statu quodam con „ consideratur

Quid homo quid persona in jure Romano

Quid statq et quo duplex

Status est qualitas cujq ratione homines diverso
" jure utuntur, usq[?] est vel
naturalis vel civilis,
qui iterum in statum
libertatis civitatis et fa-
miliæ dispescitur. Cer-
tissimum ergo juris Roma-
" ni axioma est: Quicun-
" que nullo horum statuum
" deroget jure Romano non
" persona sed res habetq

An servq est persona.

Servus itaq[?] est homo
et etiam persona qua-
tenus cum statu natura-
li consideratur sed ratio-
ne status civilis non est
persona verum res man-
cipi inter res quæ in fundo
sunt comprehensus, imo

pro

pro nullo et mortuo habetur quia nec civitatis nec libertatis gaudet ad priorem ergo personæ rationem et statum civitatis pertinet prima personarum partitio in liberos et servos et illorum subdivisio, ingenuos et libertinos liberi à libertate servi à servitute dicuntur. Libertas est naturalis facultas ejus quod cuique facere libet nisi quod jure prohibeatur. Servitus est constitutio juris gentium qua quisque dominio alieno contra naturam subjicitur. Servi vero vel nascuntur aut fiunt, nascuntur ex ancillis quia servi sunt res et ex juris prin

Prima personarum divisio

Quid libertas et servitus.

Servi v. nascuntur ex ancillis vel fiunt

cipiis

nipiis status tanquam accessio ad dominium pertinet. Fiunt servi vel ex jure gentium v ex jure civili, ex jure gentium per captivitatem unde servi dicti quasi servituti mancipati, quasi manu capti.

Jure civili in poenam

Ex jure civili Justinianeo in pœnam servi fiunt, seu majore XX annis qui se pretio participandi causa venundari passi sunt seu liberi ingrati adversus patronum Hæc de servis.

liberi homines v ingenui.

"Servis oppositi sunt, liberi, qui in ingenuos et liberos distinguuntur.

Quinam ingenui.

"Ingenui, qui et liberi dicuntur "a gignendo nomen habent

quibus

quibus ingenita est libertas.
Ingenuus itaque est qui sta-
tu natus liber est

Cum vero ad Naturalis Axioma de inge
nii respicitur favore inge nuitate
nuitatis, hoc ingenuit axio-
ma. Ingenuus est quicunque
natus e matre, quæ vel
tempore conceptionis vel
partus vel intermedio saltem
per momentum libera fuit

Ingenuus oppositi sunt qui Qui n libertini
ex justa servitute sunt ma-
numissi dicunturque ~~non~~
libertini aut liberti. Ma- Manumissio quid
numissio est demanu datio
manus autem in jure Roma-
no significat potestatem qua
Domini dominio in servos
veluti res sese abdicare

adeoque

adeoqz libertatem illis reddere poterant. Modi manu mittendi veteres et solennes erant census testamentum et vindicta. Modi novi et minus solennes erant veluti per epistolam inter amicos per ..., per nominationem filii, per censum lustralem, liberabantur servi, qui nomen suum in censum jussu domini conferebant, ac inde intererant lustro ~~...~~ Sed hic modus pridem jam ante Justinianum ab usu recesserat et Constantinus Magnus in ejus locum substituit manumissionem in sacrosanctis Eclesiis

Modi manu mittendi.

Modi novi et minus solennes

Manumissio per censum lustralem

In sacrosanctis Eclesiis liberabant

rabant servos, qui primis
paschali in conspectu ple-
bis assistentibus Christi
anorum Antestitibus ita
manumittebantur, ut propter
facti memoriam recitare-
tur libellus solennis vel
scriptura, qua si voce testi-
um signarent.

Testamento servus manumit- Per testamentum
titur, qui servi sunt res "
et de rebus cuiusq
committit. lege XII. Tabularum
Manumissio per vindictam Per vindictam
fiebat, quando Dominus co-
ram aliquo magistratu ser-
vum ingenuum agebat cola
phum eidem incutiebat et
concepta formula dicebat
Hunc hominem liberum "

esse

"esse volo. Quo facto
que vindictio a vindicio
servo ita manumisso di-
cebatur caput servi per-
cutiebat. Hi modi minus
solennes erant manumissi-
ones.

Per Epistolam

Modi, manumissiones sunt
per Epistolam, qua manu-
missio sine solennitate
fiebat, unde et absens hoc
modo manumittebatur, po-
stea Justinianus requirebat
quinque testium subscriptio-
nem.

Inter amicos

Inter amicos manumitte-
bat Dominus quando servum
quinque convocatis testibus
liberum esse jubebat.

Cumqs

Cumque indecorum olim videretur cum servus per ~~convivium~~ accumber dominum per convivium manumisisse censebatur qui servum adhibuerat mensæ. — Per convivium

Denique uti olim servus a Domino filio adoptatus liber fiebat, ita Justinianus auctoritate Catonis aliorumque veterum statuerat, ut servus quem Dominus actis intervenientibus filium suum adoptaverat liber esset licet hoc ei ad jus filii non sufficeret. — Per nominationem filii

Omnes ita manumissi e servis fiebant liberi e rebus personæ et olim

ex instituto Servii Tullii
una omnium libertinorum
conditio cum omnes non
modo civitatis Romanae
jura consequebantur. Post=
quam autem Domini scele=
stissimos servos manu=
mittere coeperunt, et civitas
pessimorum hominum col=
luvie innundari videbatur,
Tria libertino=rum genera. Lege Elia Sentia et Junia
Nurbana tripartitus esse
coepit libertinorum status.
Alii autem justam conse=
quebantur libertatem et
fiebant cives Romani alii
modis minus solennibus
manumissi Latini Juniani,
alii scelere et poena

pullica

publica notati, dedicitii in=
duebantur
Cives gaudebant juribus
connubii contractuum et
testamenti factionis, ali=
isque quae ad jus publicum
et Romanum pertinebant
latini participi. quodammodo
erant juris commertio, non
autem testamenti factionis
neque juris connubii nisi
hoc speciatim concessum
esset, dedicitii nullo horum
jurium gaudebant ac nec
spes illis supererat, ad me=
liorem conditionem justam=
ve libertatem aspirandi
ut ii qui se divina hu=
manaque omnia Romanis

dediderant

Discrimen hoc sublatum

dederunt. Ast Justinianus primo id discrimen sustulit, deinde ingenuitatem et jus aureorum annulorum salvo jure patronatus libertinis dedit, magna vero necessitudo erat inter manumittantem et libertum. Liberiq illi debebat qui persona esse ceperat, ex quo consequebatur ut Patronus illi veluti pater ac proximus agnatus esset, cujus et nomen assumebat, Huic Libertus debebat obsequium, et reverentiam, obstrictus ad prestandas operas officii non habiles erat si nisi sponsione vel jure

Patroni libertinorum

jurando

jurando fabrites etiam promisisset;/ et ut Patronus liberti qui sine prole obierat, ab intestato succederet, aliaq; patronorum jura fuere quae omnia ut et manumissionis modi in usu non sunt.

Sequitur altera personarum divisio qui sint sui qui alieni juris, sui juris sunt, qui nec Dominicae Patriae potestati subsunt, alieni juris qui alterutri subjecti sunt, Illi vocantur Patris familias vel Filii familias vel servi. — Altera personarum divisio / Qui sunt sui qui alieni juris

Cum servi essent res mancipii erant ideo in dominio Quiritalio — servi erant in dominio quiritalio

Quiritatio adeoqs domino eadem in servos competebant jura, quæ in res dominii ejus subjectas, domino itaque erat I. jus vitæ et necis in servos II. servi erant in commertio, adeo ut vendi, donari, legari, et quocunqs titulo in aliòs transferri possent. III. Servi nihil habebant proprii sed quidquid acquirebant, quocunqs modo acquirebant acquirebant domino.

Jura domini in servos.

Sed cum jus hoc vitæ et necis paullatim in barbaram sæviendi licentiam degeneravit, et expediat Reipublicæ ne quis re sua male utatur, jure novo id jus

Jus vitæ et necis aboliti

ademptum

ademptum dominis ultimo supplicio afficiendis eqß si suum ac si alienum occiderint, servum nisi justa causa hoc fuerit veluti insidiantem occiderit pœna capitis puniretur. Haec ex Romano satis sint, jam de Patrii nostri juris prima hominum divisione dicemus

Nullas alias gens Polona ab origine ipsa subtilius excogitatas hominis personae aut status differentias aut divisiones. Noverat praeterquam quod nobiles a plebejis distinguerentur, Prima itaqs et antiquissima in jure Polono hominum divisio est in Nobiles et Plebejos.

Prima et antiquissima hominum divisio in nobiles et Plebejos.

Quinam nobiles. Nobiles itaque sunt qui propriis vel Majorum suorum in Rempublicam meritis ac singulari quodam maxime vero militari virtute nobilitatis honorem et dignitatem, Nomenque illustre obtinuerunt et gentilitio signo sive stemmate donati sunt, vocabanturque antiquitus milites "nunc vero equites ab equestri militia cui obnoxii "sunt nec non etiam potissima pars regni lege "publica nominantur.

Plebeji "Plebeji sunt quicunque ex plebe cognati dignitate nobilitatis carent, Ex

Ingenui his porro alii sunt ingenui sive liberi et cives aut oppidani

pidani apellantur, alii sunt servi Servi
servi seu proprii homines
id est alieno juri subditi a=
pellanturque varii nominibus
ut Rustici, Kmetones, villani
agricolae qui agris colendis
addicti in pagis rusticam
traducunt vitam.
Hi vero varii inter se dif= Servi Glebe
ferunt nominibus, sunt seu adscriptitii
enim alii servi Glebe seu
adscriptitii, qui victus quae=
rendi causa sese alicui
fundo aut agro colendo ita
addicunt ut inde discedere
nullo modo illis liceat.
Alii censiti qui annua Censiti
persione agrum colunt
ac eousque utuntur, illo qua=
tenus solvunt, id quod
est conventum. Alii Conditionales

Inquilini

Conditionales qui se tantum ad certum tempus certaque conditione colendo agro obstringunt. Alii Inquilini qui in certa parte agri vel domus alienæ ex conducto habitant.

Servi in Dalmatiâ nascuntur vel fiunt

Servi autem vel nascuntur ~~vel fiunt~~ ex parentibus glebe seu fundo alicujus adscriptis, vel fiunt per matrimonium si enim vagus et liber adscripticii kmetonis duxerit filiam duxerit in fundo ejusdem penes eum commanere debet, vel filiâ vagi alicujus hominis adscripticio nupserit kmetoni copii eundem debet quod et de viduis

Intelligendum

Intelligendum est.
Adscriptitiorum itaque haec est conditio I. Ut sint servi seu proprii homines glebae vel fundo adscripti dominio, potestati et jurisdictioni dominorum suorum cum prole sua atque rebus suis subditi et addicti II. Ut cum fundo venundentur III Ut sine dominorum suorum assistentia sive actoris sive rei sint locum standi in judiciis laicalibus secus vero in ecclesiasticis. Non habeant neque pro injuriis, quibuscunque contra dominos suos agere possunt IV Ut dominis operas et census debeant. Adscriptitior conditio

V ut

V. Ut si contra voluntatem Dominorum suorum aufugiant domini capiendi eos in locis divertis facultatem habent, alias apud detentores jure eosdem vindicandi.

Ex his quae explicant servorum conditionem sequitur patrimonialis quaedam dominorum jurisdictio qua illi Colonibus suis jusdicere controversias eorum componere, ipsosque cohercere, et in facinerosos animum advertere potestatem habent. Quin imo tanta est Nobilium Polonorum praerogativa, ut in proprios subditosque

homines etiam jus vitæ et necis jure suo habeant, Qua præjusticia et legum rationes lædi aliquando possint.

Subditi itaque homines qui prædia et agros colunt varias quidam operas et census præstare debent dominis. Non potest tamen certa hujus rei definiri regula propter diversas locorum et personarum rationes consvetudines aut privilegia nihilominus ita statutum ut omnes et singuli Coloni seu omnium et singulorum pagorum equolibet laneo (vulgo z Lanu) unum diem quasi septimanam totam laborent his colonis qui censu pecuniario aut fru

Quas subditi operas et census Dominis præstare debent

mentario seu quocunque alio tributo vel datione Domini sui debitos labores compensat et hoc specialiter proviso, ut haec constitutio non extendat se ad hos colonos qui ratione possessi agri plures fortasse dies in septimana dominis suis laborare consueverunt.

Quomodo subditi competant jus testamenti factionis

Gaudent quidem subditi nostri quemadmodum jure connubii contractum et testamenti factionis nihilominus de rebus ac bonis suis testamenta facere possunt, ut in pias tantum causas citra praejudicium liberorum nec non domini testari illis liceat idque de rebus non immobilibus tum haereditatibus.

per

per aliquem acquisitis quæ jure MDL. personis tam laicis quam ecclesiasticis legare possunt non item de bonis et hæreditatibus per aliquem acquisitis paternis vel maternis ut habet statutum Lithuanicum

De bonis autem hæreditariis et subditorum absq prole morientium ita statutum est, ut hæredibus jure caduco ad Nobiles Dominos eorum non ad alios quocunqꝫ pertineat salvo jure proximorum.

Quamvis deniqꝫ multa statuta reperiantur in favorem subditorum emeritorum à Regibus Poloniæ antiquitus lata his tamen statutis desuetudine derogatum et

unde

unde hodie usus obtinuit ut nonnisi per susceptionem sacrorum ordinum, et per promotionem ad gradum doctoratus aut obtentam manumissionem literatum vel coram actis liberi a potestate dominorum efficiamur. Et hoc est polonorum jus in proprios homines, quod ubi ab illo Quiritario, olim Dominio, non multum differt, ita maxime Christianae Religioni contrarium videtur, inter prima et maxima praecepta istud habemus, ut secundum unumquemque hominem jure naturae nobis proximum et aequalem juxta ac nos ipsos diligamus

imo

imo expresse de servo lex divina præcipit non opprimes servum suum, non dominaberis ei dure quæ si veteres illi Romani non ignorassent nunquam profecto tam duram in homines servitutem statutam voluissent, sed hoc lumine religionis nimirum carerent, et maxime quidem ex omnibus gentibus ad excolendas incubuerint leges ac in omnibus rebus justissimas easque plurimas ipsi condidissent, nemini tamen mirum esse debet quod subinde prima etiam Religionis veræ fundamenta iniquis constitutionibus violaverint id si qua alia

in re

in re hac certo tam acerba
servorum conditione lucu-
lenter videre est, sed quod
majis mirari oportet in
qua nulla ratione defendi
potest id est: quod si non
relligionis quam personas
non noverat, sit non hominus
qui eadem omnes forma
eademque ratione praediti sunt
ac ipsi humanitatis nullas
rationem habuissent, quae
etiam nobiscum simul ge-
nita, et per universum
genus humanum diffusa
magnam vim habet, et be-
nigni simus in alios qui-
buscum agimus et misera
eorum fortuna ad pieta-
tem moveamur alienam

ab omni

ab omni humanitate est
hominem in homine ser
vire quod eousque dominis
in servos licuit, donec pri-
mum lex cornelia jus vitæ
necis tum Imperatoris, et
omnes fere Christiani po-
puli barbaram et indignam
hominibus juris Romani
servitutem abolevissent,
Jam itaque qui Christianam
Religionem profitentur
et ipsam humanitatem non
exercerunt longe alia lege
et ratione cum homini-
bus sibi subditis agere de-
bent ut scilicet ut benigne
in eos se exerceant domi-
nium, ut et eorum pau-
pertatem omnibus modis
sublevarent, et egestate

eorum

eorum subvenire studeant
et ab opressione expilatio=
ne injustis vexis verberibus
caedibus atque servitio eo=
rum qui sibi premit, illos
defendant ac prohibeant.
Jura eorum religione ob=
servent gravia tributorum
genera imineant tolerabi=
lius operis contenti sint
ne vas gravesque consve=
tudines non induant ac do=
mestici et propriis labo=
ribus sepius quaequid est
non abstrahant querelas
coram exaudiant, ac pro
justicia judicent et omnia
corporis ac religionis com=
moda provideant verbo
ut non veluti servi do=
minii superare sed pater=

na

na charitate homines ho=
minibus praesse videantur
quod ut omnes aliquando in=
ducant ut quae multorum
Regni nostri praesertim in
Majori Polonia Procerum
et nobilium exemplo, homi
nes suos libertate et jure
donant dura Plebejorum
conditio in nostra Polonia
aboleatur, nihil magis
et polono nomine dignius
et religioni humanitatiqꝫ
ipsi consentaneum esse vide=
tur.

Titulus II.
de
Civibus seu Oppidanis

Cum Plebejorum duplex sit
conditio horum alii qui

praedia

praedia et agros colunt, et rustici sive Cmetones apellantur servi seu subditi sunt. Alii in civitatibus et oppidis habitant, et cives vel oppidani nominantur. Hi porro ita inter se differunt ut qui Regias et Ecclesiasticorum civitates seu oppida incolunt ingenui sive liberi sunt et domicilium pro lubitu mutare possunt qui vero in oppidis Nobilium reperiuntur subjecti sunt nec eo invito ex oppido migrare possunt sub poenis arbitrariis. Jam servi et liberi ita legibus nostris distinguunt ut illi veri plebeji isti cives vocentur. De illis

jam

jam satis dictum de his ac precipue liberis civibus agendum nobis est.

Civitatem itaque hoc loci intelligimus cetum popularis conditionis hominum juris ac utilitatum communionem sociatum, Civis autem is est: Quis artem aliquam civilem exercet et ita civitati alicui adscriptus est, ut in ea magistratus gerere possit. Adeoque qui in suburbiis habitant deterioris conditionis sunt, nec iisdem juribus et prerogativis quibus cives in urbe gaudent et incole tantum non cives habentur, advene vero et vagi homines propter

Civitas quid

ter domicilium, et qui nullas artes civium exercent cives non habentur, quibus licet particularia civium jura non competant communi tamen securi esse possunt

Quibus juribus ac prerogativis civitates gaudent

Civitates igitur hisce juribus ac prerogativis gaudent I. ut Magistratus civiles habeant qui civitatibus presidere, justiciam administrare, tributa pro ratione privatorum exigere tum utilitatem, decus et securitatem civitatum providere debeat. II. ut civitatibus permissa mercatura est libera III. ut braxandi vendendique cerevisiam aliosque liquores jus habeant IV. Ut opificia et artes etiam honestiores exercere

exercere illis liceat V. Ut jus nundinarum et fori venalis civitatum sit proprium quod in pagis prohibetur sub pœna amissionis rerum quæ venduntur VI. Ut gaudeant plene jure contractuum testamenti factionis rerum suarum dominio et proprietate, jure successionis in bona proximorum et ut nihil inviti vendant. Plerisque autem regiis civitatibus tam Regni Poloniæ quam Magni Ducatus Lithuaniæ ac Prussiæ Provinciæ longe majora privilegia et prærogativæ à Regibus et Republica sunt concessa.

Qui vero in civitatibus nostris

Quæ et in quas personas.

magistratus civilis et potestas

nostris civiles Magistratus gerunt solum in suo cives meram in nobiles autem et eorum subditos nullam nisi ob violentiam tumultus et crimina in civitatibus commissa nisi tum cum praefectis (vulgo Capitaneis) et statuto toruniensi praescriptum atque limitatam potestatem habeant. Non solum civibus ab illorum sententia superius tribunal apellare diemque illis dicere fas est, verum etiam rationem publicarum contributionum exigere, ac male gestarum rerum peragere licet praeterea quae tam ipsi cives quam eorum

magistratus

Magistratus rerum vena=
lium et mechanicarum
superiores censores recog=
noscunt, de quibus omnibus
partim leges disponunt
partim mercès civitatum
solennes sunt.
Plerisque in civitatibus con=
sules jurant se regi fideles
futuros, tutaturos hono=
rem et commoda Regis ne=
què permissuros dispensati=
ones fieri in civitatibus.
Cives vero jurant se regi
fideles futuros et secutu=
ros consulatum, pro juri=
bus Privilegii et plebis
scitis staturos, si vero
mercatores sint, commer=
cià quoque cum extraneis

mercatoribus

Mercatoribus in fraudem et damnum teloniorum jurium et depositoriorum non habituros quorum hoc est privilegium: Ut si telonia solvant quando cum suis mercibus per flumina defluunt vel descendunt, non teneantur ad ullam solutionem obrupturam obstaculorum et eadem libertate qua maritimæ civitates etiam Regni nostri mercatores potiuntur

mercatorum privilegia

Num incolis accensendi sint Judei.

Judei vero cum nec juris Civium participes esse, nec quidquam in urbibus possidere nec eqs ac cives sese gerere possunt, et nonnisi certis juribus intra menia ac in suburbiis recipiantur

Hinc

hinc incolarum, in numero tantum recipiantur accensentur, de quibus ita leges statuunt, I. Ut ad Magistratus et Officia non assumantur II. Ut non omnium rerum mercaturam habeant, sed modum in ea sibi praescriptum, nec non pacta et consensiones, quas cum nonnullis civitatibus Majoribus ubiqꝫ locorum in Regno Poloniae tenere et servare debeant III. ut Mercatura Equorum sit illis penitus prohibita IV Ut in pagis merces vendere et forum venale illis facere non liceat V. Ut emendis mercibus

et rebus ad victum per-
tinentibus Christianos prae-
venire non debeat, exceptis
nundinis Generalibus VI Ut
famulo Christiano non fo-
veant, VII Ut salis vel
alias fodinas item telo-
nia vel publicos reditus
Reipublicae tum praedia
aut quaecunque bona in regno
suo alteriusve nomine nul-
lo modo teneant neque pos-
sideant.

Qui magistratus judicent Judeos

Cumque nulla juris communio
Judeis cum civibus itaque
VIII non magistratus civiles
verum soli vicepalatini cau-
sas eorum minores judicare
ac definire debent, omnia
provocatione illis interdicta.

in ma-

In majoribus causis licet Judeis a vicePalatino ad suum Palatinum provocare à Palatini vero sententia ad Judicium post Curiam regis nonnisi nisi in causis centum florenos excedentibus permittitur iidem provocatio. Quodsi Judeos per aliqua contractum vel scripturam renuntiavit proprio foro potest in alio conveniri. In causis autem criminalibus integram juris dictionem Palatini contra Judeos habeant, neque magistratus civiles causis ejusmodi immiscere debet

IX. Qui vero in Nobilium oppido Judei in oppidis et pagis nobilium

oppidis aut pagis sunt ipsi
nobiles prout ex iis fructus
omnes et emolumenta
percipiunt ita quoque jus
illis arbitratu suo dicere
possunt, neque ullum præ-
sidium aut privilegia Re-
gum, quæ alii Judei habent,
istis competrare intelligun-
tur X. Statuto Lithuaniæ
sancitum est; ut Judei jux-
ta privilegia sua judi-
centur. Etsi ab aliquo
culpa eis fuerit oblata
Palatini Præfecti aut pos-
sessores bonorum regalium
vel domini proprii absque
citatione prout allos
subditos libertate Nobilium

non

non gaudentes judicent et condemnent XI. Eodem statuto declaratum est ut Judei utriusqꝫ sexus fidem Christianam amplectentes, et ipsi et eorum proles privilegiis et praerogativis nobilium gaudeant XII. in Regno nostro et Magno D. L. tributum quotanis ad thesaurum Reipublicae conferunt „ / : quod poglownie Zydowskiem „ dicitur / : suntqꝫ liberi ab aliis quibusvis et majoribusqꝫ quae christiani pendere solent / quodquam indignum sit nemo non videt XIII. Multa quidem obtinuit haec gens judaica praecipue à Ducibus et

Regibus

Regibus Poloniæ Boleslao Casimiro, Alexandro, libertatis et juris privilegia verum sequentibus deinde legibus abrogata sunt quæcunque juri divino aut Nobilitati Poloniæ adversabantur, quorumque curiosos remittimus ad volumen legum 1mum Fol. 309 – Aô 1505.

Num tartari etiā incolis accenseri debent

Sunt denique multi in M. D. L. Tartari sectam Mahometi profitentes, qui cum nullo Reipublicæ ordine comprehendantur incolarū quoque nomine censeri possunt. His autem legib. Regi Poloniæ parent I. Ut ad Magistratus non assumantur II. Ut mancipia christiana

Christiana non habeant III.
Ut famulis ancillis et nu=
tricibus christianis non u=
tantur IV ut cum mulieri=
bus Christianis matrimo=
nium non conducant sub
pœna capitis utriusque sub=
eunda, quocum in judicio
castrensi instigante V. Ut
bona hæreditaria Nobilium
non emant VI ut etiam
Nobiles à Tartaris bona
Reipublicæ, absque consensu
Regio ementes omnia o=
nera et expeditiones Bel=
licas sub pœna privatio=
nis bonorum subire debeant
Cui rei forum in Tribu=
nali assignatum est et
terminus per ~~exceptionem~~
peremptorius quocunque

in jus

in jus vocante VII Ut Tartari pro ratione bonorum et possessionum militiam exercere obstringantur praecipue praecipue quoties per publicas Regis literas et suorum MDL. exercitui Ducum vocati ad bellum fuerint VIII. ut pro victoriis violentiis rapinis aliisque in expeditione gall bellica comissis criminibus cura supremo exercituum Duce veluti in proprio foro respondeant et puniantur IX Ut in numerum stipendiorum aggregari non possint sub pena, tum ingrugantes quum in tartaros constituta X. Ut qui militiam non exercent tributum per

capita

capita solvere teneantur
XI. Qui vero militiam ex
ercent, et bona terrestria
possident exempti sunt
ab ejusmodi tributo XII. Ut
borsa Tartarorum in MDL.
ab omnibus oneribus et com-
meatibus libera sint XIII.
Ut ab iisdem Tartaris nihil
magis ac gravius quam
origine equestri exigatur.
Quorum denique jura et con
suetudines privilegiaque "
confirmata legantur in Con-
stitutionibus Dit Inven-
tarius legum de tartaris "
recensitis

Jam qui nec incolarum Quid de legar
numero esse nec tolerari statuend
in Regno possunt proscribi
et expelli

et expelli eodem per leges jubentur Cingari gens vaga et noxia est, quos si quis foveat, eum veluti socium sceleratorum cum iisdem proscribi e Regno statuetur, ideoque manus pellendorum et ejiciendorum extra limites Regni singulorum Praefectis castrensibus ex eadem lege statuta incumbit. Idem quoque intelligendum est de Valachis et Serbis possessione carentibus.

De Valachis et Serbis.

Titulus III.

De Nobilibus.

Quid sint Nobiles

Nobilem esse leges statuunt

cujus

cujus uterque parens ex stir-
pe nobili natus juxta
morem Patriae Nobilis
vivit, vel etiam ex Patre
nobili ex Matre plebeja
nascitur dummodo vivat
more nobilium et non ex
erceat artificia mechanica
quae nobilitati adversan-
tur.

Jus stemmatis nobilitatis.

Qui itaque hoc nobilitatis
splendore illustrantur, do-
nantur simul stemmate
seu quodam signo quo non
modo in sigillis sedet, alii
occasionibus quibuscunque
veluti solenni gentis suae
decore et insignibus utan-
tur Et quamvis vetus
constitutio Ai 1068

filios

filios dum vivunt Patres proprium habere et portare prohibeant, usus tamen communis primum eos qui Magistratum aliquem gerebant, vel per conjugium è patria potestate emancipebantur, deinde omnes etiam alios ab hac lege absolvit.

Quomodo in Pol. fiunt Nobiles

Nobiles porro Regum arbitrio et voluntate in Polonia olim creabantur ast hisce temporibus ita statutum legibus, ut tam eminens Nobilitatis praerogativa nonnisi in comitiis generalibus consultis ordinibus aut in bello ob res praeclare gestas

conferat

conferatur utque nullus
ad nobilitatem permittatur
nisi quem. † et nuntii
terrestres vel in bello
Duces exercituum
commendarint, qui nihilo=
minus sine ordinibus ti=
tulum tantum non jura
Nobilitatis conferre potest.
Quodsi Plebejus aliquis
adscripticius contradicente
Domino suo inter Nobiles
admittatur admissio ejus=
modi nulla est, neque ad=
missus nobilitatem conse=
quitur. Imo sancitum
est nullos ad Nobilitatem
et dignitatem admitten=
dos esse, qui prius tam

in Regno quam in M. D.
Lithuaniæ in conven=
tibus in moribus comitia
generalia præcedentibus
hoc non proposuerint,
negotium et nuntios in
iisdem electos pro obti=
nenda nobilitate orato=
res non habuerint.

Jam qui virtute suisq[ue]
meritis nobilitatem in
Polonia consequuntur ac
primi hanc lucem veluti
facem accensam posteris
suis relinquunt ii ut à
Nobilib[us] natis et anti=
quioribus distinguuntur
scartabelli apellantur.

de

de quibus in Pactis Conventis Michaelis et Joannis III. statutum est ejusmodi ut recenter creati à dignitatibus et officiis Reipublicae tum à Legationibus ad 3tiam usque progeniem arceantur, sunt tamen multae constitutiones quibus etiam recenter creati Nobiles ob merita in Rempublicam ad omnes dignitates et officia munera publica admittantur. Quoniam vero sunt alii nobiles Poloni qui in exteris Regionibus nobili genere orti indigenatu Polono donantur in hoc novis nobilibus censentur pares

quod

quod cum in comitiis eodem
modo quo nobiles nobi=
litatem impetrant, et
ut ztia demum progeni=
es dignitates et Regia bo=
na ab iis consequuntur
sive toga sive bello con
spicui aut ex antiquis
familiis fuerint.
Quodsi itaque exterorum
aliquis indigena Regni
Poloniae fieri velit, sua
imprimis in Rempublicam
merita in Comitiis pro=
bare debet, tum ut lextre=
mae nobilitatis suae firm=
mata Principis et Reipu=
blicae ubi natus est autho=
ritate documenta pro=
ducat. Nulli praeterea

indigenatu

indigenarum salvum et integrum jus habere pos-sunt obtentum. si post A° 1607 voluminibus legum non sint inscripti bonisque privantur, quae si hereditaria sint jure caduco si autem Reipublicae jure cum vita durantur confer-ri nobilibus jubentur. Nihil vero magis et aut dignius de nobilitate Po-lona dignius dici potest quibus omnes alias na-tiones superare videtur, ex quibus aliquas quae etiam ad jus privatum pertinent recensebimus 1. itaque nemini tam Laicorum quam ex sacro

ordine dignitas senatoria
aut Officiorum Majoru
Regni aut aulæ regiæ
~~aut Officiorum~~ aut ca=
strensium, terrarumque
aut Abbaciarum et Cano=
nicatuum in Ecclesiis ca=
thedralibus nonnullis
collegiatis conferri potest,
nisi qui ex Parentibus
nobilibus progenitus fu=
erit, additur tamen eos
quoqꝫ in hoc numero
censeri posse, qui licet
Matre populari ast Pa=
tri nobile procreantur,
quorum Parentes et ipsi=
met vivant pro hone=
state nobilium aliorum
in Regno, et non exerceant
eas

eas artes et actiones quas cives in civitatibus communiter solent. Adictum preterea est summorum Pontificum bullis quæ inter leges nostras locum habent, ut in singulis Archiepiscopatibus, qui in Canonicatus totidem non nobilibus scilicet binis Theologiæ et juris utriusq; unus vero Medicinæ doctoribus obveniant.

11. Nullus nobilis pro quacunq; culpa vell crimine l. qui aliquam possessionem habet:/ commisso prehendi nec in vincula conjici potest, nisi prius legitime sceleris

commissi

commissi convincatur. ab hoc nihilominus privilegio excipiuntur ii qui in publico aliquo melefitio vel furto, incendio voluntario raptum virginum aut mulierum pagorum depopulationibus deprehenderent. Nec non qui idoneam facere nollet cautionem pro ratione injuria aut delicti. III. Nullius Nobilis bona hereditaria Rex publicare potest nisi similiter fuerit prius jure victus IV In bonis Nobilium miles stationem habere non potest V. Quacunque

metalla

metalla vel salis fodina
aut in bonis nobilium
reperiantur omnia ad
nobilem dominum fundi
pertinent VI. Domus cu=
juscunque nobilis asilli
instar est, ad quem si
facinoris cujuspiam reus
transfugerit inhiberi qui
dem potest ne evadat ve=
rum extrahi repeti ex
ea nisi jure non potest.
VII. Si nobilis sine li=
beris moriatur non po=
test Rex bona ejus pa=
terna vel materna
jure caduco in alios trans-
ferre si cognati ejus su=
persint et utriusque sexus
ad octavum usque gradum
integrum praeterea est.

stribus

sterilibus nobilibus bona
sua ne jure caduco ad
fiscum devolvantur ali=
enare. VIII. Si vero aliquis
extraneus ex bonis nobili
um ecclesiasticorum
et Laicorum sterilis
vita decedat, bona ejus
non fisco Regis vel Rei=
publicae sed domino fun=
di obveniunt, salvo tamen
jure proximorum IX Ma=
gistratus civilis in civi
tatibus et oppidis Regni
etiam ex causa quorum=
vis debitorum detinere
X. Nobiles et eorum sub=
diti sunt liberi a quibus
vis theloniis terra et
aqua tum in foro ve
nali solvendis ex rebus

et fructibus

et fructibus propriis ut
frumento bobus et aliis
simillibus, modo ipsi
vel per suos famulos
juramentum praestant
quod proprii laboris
collectionis vel accessi=
onis, neque ab aliis causa
lucri coempta, quod ju=
ramentum semel praesti=
tum, in primo thelonio
non obstringuntur, in
aliis repetere sed tan
dem litera sigillo ejus
officii ubi juraverint
munite exhibentur ubi
autem officium civile
vel castrense non est
coram thelonario idem
officium praestandum

est

est. XI Nulla etiam the-
lonia nec a sale nec a
quibuscunque rebus in
domos nobilium vehen-
dis exigi debent. XII. Nul-
la item thelonia aut
vectigalia exigi jubent
à personis ecclesiasticis
et nobilibus eorumque
subditis si quid pro usu
domestico emunt, secus
vero si id lucri causa
faciunt. A subditis ta-
men Nobilium si instru-
menta mechanica rota
scutella et alia ejusmo-
di ad civitates et oppida
venditum ducant mode-
ratum quali vectigal
pro antiqua consvetudi

ne

ne exigendum.

Multa præter hoc et longe majora sunt adhuc alia nobilitatis Polonæ privilegia, quæ cum magis ad publicum quam ad privatum jus pertineant ideo a nobis prætermittuntur.

Quomodo nobilitas in Pol. amittatur

Sed hæc tanta tamque multa nobilium privilegia et prærogativæ una cum ipsa nobilitate sequentibus modis amitti solent I. Si ob admissum aliquod infame et atrox facinus decreto Principis privatus nobilitate in pœnam declaratur II. Si aliquis Nobilium

sordidi quaestus cupidita-
te desertis militiae et
agriculturae studiis mer-
caturam aut cauconam am-
plectatur aut aliquam
artem fabrilem exerce-
at, nisi talis restitutio-
nem nobilitatis in com-
mitiis obtineat, Demirel
in constitutionibus Reg-
ni et in statuto Lithua-
nico habetur, quod dese-
rens mercaturam ar-
temve fabrilem aut
cauconam et iterum
redeens ad opera nobi-
lium et equestris ordi-
nis hominum pro no-
bili habendus sit III.
Si nobilis plebejum

ad

ad insignia sua admittat vel pro ejus nobilitate falsum dicat testimonium vel consanguineum suum esse asserat nobilitatem ipse amittit IV. Qui post constitutionem 1576 au=si sint privata auctori=tate ad insignia aliena accedere, aut se in eodem quoquo modo incluserint nobilitate privantur.

Postremo jure Regni nostri nothi et spurii n quamvis ex illustribus Parentibus orti nihilo=minus nec in familiis censentur nec nobilita=tis praerogativa fruunt nec deductiones nobili

Nothi et spurii inter nobiles non censentur.

tates

tatis non recte facti aut Magistratus gesti opitulari iis possunt, quo clarius sancitum est his verbis: „Cum sæpissime „accidit, quod nonnulli con„tra mandatum divinum „non cum legitimis Uxo„ribus sed cum Concubi„nis quas postea in ma„trimonium ducunt, ha„bitant statuimus, ut ex „talibus Uxoribus antea „concubinis liberi pro„creati nullorum bono„rum hæredes sint neque „ullam nobilitatis præ„rogativam habeant.

Titulus IV.

De altera hominum

divisi-

divisione et speciatim de patria in liberos potestate

Antecedentibus titulis dictum est de prima hominum divisione, sequitur jam altera perquam homines alii sui juris" alii " alterius juris subjecti esse dicuntur, non solum enim servi alterius juri subjiciuntur, verum etiam filii familias qui subsunt Patriæ potestati

Altera hominum divisio

Quamvis vero Patria potestas ex ipsa ratione proficiscatur adeoque sit juris gentium propria tandem quodamodo est civium Romanorum

Patria potestas proprium jus civium Romanorum

nulli

nulli enim alii sunt homines qui tali in liberos potestate utantur ac utebantur Romani.

Patria potestas

Nihil quippe aliud illis erat Patria potestas quam dominium quiritalium Patris in liberos ac proinde Patri non matri eadem jura competebant in liberos quae domino in res et in suos cuiqz servos. Ex quo sequitur I. Patri Romano competiisse jus vitae et necis in liberos II. Potuisse filium a Patre venundari et quidem bis ex Romuli instituto, ita ut bis venditus et toties manumissus semper recideret

in

in Patriam potestatem et nonnisi tertium manumissus sui juris evaderet III. Potuisse filium a Patre noxedari aeque ac filiam IV Quidquid acquirerentur liberi patri fuisse acquisitum V. Non solum filios filiasque familias sed et nepotes ~~[illegible]~~ neptesque pronepotes proneptesque et filii po in potestate avi vel proavi paterni fuisse VI. Ut Pater et filius in negotiis privatis non tamen in publicis pro una persona haberentur VII. Ut nulla inter eos sit actio VIII. nulla obligatio IX Ut

pater

Pater possit liberis tutores dare X. Ut possit illis pupillariter instituere XI. Ut liberi nihil magni momenti sine patris consensu agere neq. nuptias facere neq. mutuam accipere pecuniam possint.

Jus vitæ et necis parentib. ademtum

Sed hoc jus paulatim imminutum est nam I. Non amplius vitæ et necis parentibus competit, sed facultas modice castigandi II Vendere liberos parentib. non licet IIII Jus acquirendi per liberos haud parum restrictum est distinctione variorum peculiorum de quib.

insequ

inferius dicemus IV Et noxe liberos dare sublatum est reliqua jura plenisque locis adhuc obtinent preterquam quod ea potestas nuptiis liberorum fere solvitur et in nepotes vix competit.

Ast jure Regni nostri ipsa natura quae inserit Parentibus amorem liberorum communem itaque utrique in eandem tradit posstessatem, ut non minus Matri quam Patri competat.

Jure Polono naturalis parentum potestas.

Cujus quidem Patriae potestatis multi sunt effectus 1. Ut filius familias non emancipatus vivente Patre et matre

Patriae potestatis effectus Jure Polono

nullius

nullius rei dominium ha=
beat ac proinde nulla bo=
na donare aut alienare
possit. II Ut Pater pusillis
tutores assignare III. Ut
eosdem exhæredare queat.
IV. Ut habeat usum fructum
in bonis suorum libero=
rum V. Ut ab iis in jus
absq; ejus venia in jus
vocare nequeat VI Ut Pa=
ter etiam hæreditatem
infantis ab aliis instituti
VIII. Ut filii non possint
ex mutuo obligari absq;
Patris consensu etsi à
Judeis mutuam accepe=
rint pecuniam Pater
solvere non tenetur
VIII filii neque contra=
ctus cum aliis facere

IX neq;

IX. neque testare X. tutorem sibi eligere XI Nec nuptias contrahere possunt sine consensu Patris XII. Si filii per ludum contraxerint Parentes solvere non obstringuntur XIII. Filii moriente Matre bona ejusdem non prius à Patre accipere possunt quam si alteram uxorem duxerit, suorum vero bonorum nisi prodigus et dissipator hæreditariam portionem filiis assignare non cogitur XIV In MDL. Pater bona materna et mater bona pupillorum reddere jubentur postquam

ad

ad annos discretionis per venerint, rationem tamen ex illis nullam reddunt XV Deniq; ut liberi a Parentib; ita etiam a liberis Parentes ali et honorari debeant XVI. Quodsi liberi non satis reverenter cum Parentibus egerint et molestiis quibuscunque effecerint ad solam querelam pro arbitrio parentum per praefectum castrensem illius loci poena carceris id est / wiezą / coerceri jubent.

Titulus Vtus

Quibus modis patriae potestatis aquiritur.

Quemad:

Quemadmodum autem jure civili seu Romano parum dominorum et patria potestas ita et liberi aequè ac servi" nascuntur aut aut fiunt, nascunt ex justis nuptiis fiunt per legitimationem et per adoptionem. "liberi quoque vel nascunt vel fiunt"

De nuptiis

Nuptiae" sunt juris naturae et gentium quae" Romanis erant inter virum et foeminam conjunctio et consortium omnis vitae divini et humani juris communicatio. Canonico autem jure ex institutione divina sunt, sacramentum quo vir et mulier "definitiones nuptiarum jure Romano."

secundum
~~[illegible]~~

secundum præcepta con-
junguntur. Jure Romano
ad conjunctionem et con
sortium viri et fœminæ
consensum utriusque ac-
cedere oportebat, atque
is solus faciebat nuptias.

Jure canoni co

Jure canonico quamvis
adsit consensus utriusque
consensus connubium
tamen non gaudet effec-
tibus ecclesiasticis prius
„quam accesserit," ritus
„ab ecclesia præscriptus
„Hinc distinctionem per
„matrimonium legitimum
„et rectum" in quo autem
„ritus ecclesiasticus
„omittitur" clandestinum
„habetur

Jure civili

Cum porro nuptiæ Roma
nis

nis sint consortium omnium vitae divinae et humani juris continuatio, sequitur 1. Ut nuptiae non constant inter cives peregrinos servos et liberos, liberos et ancillas (inter quos contubernium dicebatur) II. Ut filii filiaeque non possint contrahere nuptias sine tacito saltem consensu patris praecedente.

Cumque Romani non solum quid liceat, sed et quid honestum sit in nuptiis spectarint, recte inde colligitur non inter omnes consistere nuptias easque aliquando tanquam

nuptiae incestae indecorae noxiae

„ quam incestas" aliquando"
„ tanquam indecoras" ali=
„ quando tanquam noxias
„ prohiberi.

"Incestas et nefarias nup="
„tias contrahunt cognati"
„et affines" cognati" qui
ex comuni stirpe descen=
dunt sive legitima ex
justis nuptiis cum co=
„ gnatus sit, sive illegi=
„ tima" affinitas" est ne=
cessitudo inter conjugem
unam et alterius fami=
liam.

Cognationis Gradus est linea

„Cognatio" ex gradibus et
„ lineis judicatur gradus"
„ est distantia cognatorum"
„ linea" est personarum" ex eadem stirpe
seu, ut juris consulti

loquunt

loquuntur f. a comuni sti=
pite descendentium, eaq;
vel recta" qua genitores"
et genitos vel obliqua""
qua a latere junctos com=
plectitur
"In linea recta" jus ci= "Regula juris
vile et canonicum inter canonici de
se congruunt tot enim u= linea recta
trumq; utrumq; numerat
gradus" quod sunt genera
tionis" Hinc pater et filia
uno, avus et neptus du=
obus, proavia et pronepos
tribus gradibus distant etc
In linea obliqua" jus "
civile eandem servat "
regulam, canonicum dis=
tinguit inter lineam""
obliquam" et aequalem""

et

"inæqualem" de æquali
"axioma est, Quot gradi=
"bus personæ cognatæ
"distant comuni stirpite
"tot gradibus inter se dis=
"tant, Hinc frater a soro=
re jure civili distat
IIdo jure canonico pri=
mo gradu consobrini
jure civili IVto jure ca=
nonico IIdo gradu. De
inæquali regula habet
"quod gradibus persona
"remotior distat a comu=
"ni stipite, tot gradib9
personæ distant inter
se vel Hinc avi soror
cognata mihi est gra=
du IV. juris civilis gra
du IIIio juris canonici.

affini

Affinitatis nulli sunt gradus, quia nulla generationes recepta tamen regula est / quo gradu mihi alicujus cognatus eodem gradu ejusdem uxor mihi afinitate uxor censetur

Regula afinitatis

Denique ob affinitatem aeque ac consanguinitatem „Parentum loco" nobis esse „dicuntur, qui immediate „sub comuni stipite sunt „cum nos ob eos sumus „remotiores": Exempli gratià patruus vel nepotibus vel neptibus ex fratre vel sorore parentum loco

Respectu parentum.

sunt

sunt.

Nuptiæ prohibitæ sunt in linea recta

Ex his facile intelliguntur juris civilis de nuptiis
„regulæ 1. Nuptias inter
„ascendentes vel descen=
„dentes in linea recta
„in infinitum prohiberi
quam regulam et cano=
nes et mores hodierni
sequuntur

Nec non in linea obliqua

„Altera regula est „in
„linea obliqua jure civi
„li secundus et tertius
„gradus semper est pro=
„hibitus, quartus et reli=
„qui tantum inter eas
„personas, quæ sibi in=
„vicem Parentum et li=
„berorum loco sunt. At
„jus canonicum prohi
„bitionem ad gradum

quartum

quartum suae computationis extendit: Atque in linea aequali nam in inaequali respectus parentum etiam alterius impedit nuptias

De affinitate eadem fere observanda, nisi quod jus Canonicum plura etiam constituit affinitatis genera, quorum primum unis, alterum binis, tertium ternis nuptiis contrahitur

Et ob affinitatem

Constituunt etiam leges Canonicae cognationem spiritualem per baptismum contractam nec non quasi affinitatem intercedenter

Denique ob cognationem spiritualem

denter, sed ne facilem
admitunt indulgentiam.

nuptiæ indecoræ Tanquam indecoræ pro=
hibitæ erant nuptiæ: In=
ter senatores, senatorumque
filios et libertinas ali=
asque inæquales condi=
tionis personas, Inter
ingenuum et eam quæ
artem ludicram, vel
alliam inhonestam
exercuit, vel quæ in
scelere deprehensa aut
publico judicio damnata
fuit, inter vitricum
et privigni viduam, et
cum filiam, quam uxor
post divortium ex alio
viro peperit, inter rap=
torem

torem et raptam, nec non et alia, de quibus hodie etiam jus Canonicum statuit. Sed primam prohibitionem inter inaequalis conditionis personas Justinianus sustulit.

Denique tanquam noxiae prohibentur nuptiae. — Nuptiae noxiae

Christiani cum Judaea. Tutoris filiive ejus cum pupilla rationibus nondum reditis, Praesidis vel alius cujuscunque qui officio publico praeest cum muliere provinciali.

Si qui itaque contra leges nuptias contrahunt, nec vir nec Uxor nec nuptiae — Poena injustarum nuptiarum.

nec

nec matrimonium, nec dos intelligitur, adeoque nec liberi in potestate sunt. Nisi quod Canones in honorem matrimonii semel contracti multa indulgere soleant.

Modus acquirendæ potestatis in Polonia

Jam quod nostris in Polonia legibus obtinuit: unicus fere et maxime naturalis acquirendæ Parentum in liberos potestatis modus est Justæ nuptiæ in quibus præcipue legum divinarum et ecclesiasticarum ratio habetur nihilque sancitum quod ab illis dissentiat.

In

Liberi sine consensu Parentum nuptias contrahere non debent

In hoc autem mores nostri etiam cum jure civili conveniunt, ut filii filiaeque non possint inire nuptias sine consensu Patris, imo quidem et Matris, et Propinquorum et Tutorum. Verum ab hoc rigore eatenus discedunt Canones, ut quamvis eorum omnium consensum passim requirant haud tamen rescindant contractas hujusmodi nuptias. Lancieloti Institutione Juris Canonici

Tutores temp[ore] maritandis virginibus deferre non debent

Tutores autem sive pa=
trui, sive alii quicunque
virginibus nuptum dan=
dis, cum ad eam ætatem
pervenerint tempus
protrahere prohibentur,
quod si Tutor nubilem
virginem maritare ne
gligit sive per fraudem
differt, possunt sibi
de maritis cum con=
silio tamen amicorum
seu propinquorum
providere.

Sorores à fratribus nuptui dandæ

At si fratres habeant,
per eos in matrimo=
nio collocari et assig=
natam dotem obtinere

debent

debent. Quod similiter intelligendum est, de liberis ex duabus Uxoribus procreatis. Imo post mortem Patris si ex secunda uxore filios non ~~habuerit~~ habuerit, Sorores à fratribus ex prima uxore nuptum dari et dotem assignatam in pecunia habere jubentur

Vidua vero potest cui velit, nubere, sine amicorum consensu. Vidua

Cætera de Nuptiis ad jus divinum et Canonicum referuntur.

De Legitimatione

Legitimationis origo. Altera patriae potestatis est causa legitimatio ~~nis~~ ignota veteribus et a Constantino ac successoribus demum inventa.

quae definitio Est vero legitimatio actus, quo liberi illegitimi finguntur ex justo matrimonio nati, et hinc instar legitimorum rediguntur in Patriam potestatem.

Quaenam possunt legitimi fieri Cum autem fundamentum legitimationis sit fictio, hinc

legitimao

legitimatio competit tan=
tum liberis naturalib*us*
inter quorum parentes
fingi potest matrimonium,
non ex incestu, nec vulgo
quaesitis.

Legitimandi modi duo | modi legitimandi
praecipue referuntur
I. per subsequens ma=
trimonium cum paren=
tes procreatis prius
liberis justo deinde jun=
guntur matrimonio
II. per rescriptum Prin=
cipis cum Pater qui
matrem liberorum
naturalium ducere in
uxorem non poterat
a Principe, ut legitimi

sint

sint, impetrat.

Legitimationis jura

Cum ergo per legiti=mationem liberi ille=gitimi in patriam potestatem redigantur inde sequitur I. Ut id fieri nequeat sine liberorum consensu quippe qui ex libertate in conditionem deterio=rem rediguntur II. Ut legitimati per subse=quens matrimonium patri succedant tanquam sui, legitimati vero per rescriptum ad successionem admittun=tur, si soli tantum sint.

Quod

quod si alii ex justo
jam matrimonio exi=
tant hi merito praeci=
puam habent legiti=
mam ad reliquam por=
tionem, et legitimati
accedunt, si id voluerit
et hoc diserte indultum
sit rescripto Principis
Caeterum hodie Jure   Mores hodierni
Civili per rescriptum
saepius legitimatio fit
ut tantum macula
natalium eluatur non
ut illegitimi redigantur
in patriam potesta=
tem unde spuriis et
adulterinis et ex

incestuo

incestis nuptiis proge-
nitis id beneficium
denegari non solet. Ex
jure autem regni nostri
et M. D. L. liberi ille-
gitimi, id est ex concu-
bina nati, quamvis per
subsequens matrimo-
nium natalibus resti-
tuantur, tamen suc-
cessionibus et prero-
gativis nobilium nec
ad ullas dignitates offi-
cia et bona Reipublicae
admittantur. ac si ali-
cui objiciantur ille-
gitimi natales, quos
legitimis probare non

possit.

Jus regni polo-
niae de illegi-
timis

possit documentis a Pri=
vilegiis et immunitate
nobilium similiter arcet
Jus saxonicum vero le=
gitimationem etiam
per rescriptum Princi=
pis probat per quod
illegitimi comparantur
legitimis, ut tam ad suc=
cessionis quam ad alia
beneficia juris admit=
tantur neque facultas
per subsequens ma=
trimonium aut con=
sensus legitimorum
et naturalium simul
liberorum necessari
us ut.

Jus saxonicum in Civitatibus nostris

De

De adoptionibus.

Tertius modus patriæ potestatis

Tertius modus acquirendi patriam patriæ potestatem est adoptio. Adoptio latius accepta est actio solennis qua in locum filii v. nepotis adsciscitur is, qui natura talis non est. ideoque adoptio imitatur naturam in solatium quippe eorum qui liberos non habent.

Qui adoptari non possint

Cum ergo adoptio imitetur naturam 1. Illi tantum adoptare possunt et parentes

esse

esse et liberos in potestate habere II. Impuberes adoptare III nec foemina nisi in solatium liberorum amissorum indulgentia Principis IV. nec natu minor majorem, sed qui eum quem in filium adoptat plena saltem pubertate id est octodecem annis, eum vero quem in nepotem 36 annis praecedat V. Ut minoribus adhuc 60 annis adoptare non liceat VI. nec illis quibus jam sunt liberi naturales.

Quoduplex ad-
optatio | Adoptantur autem vel Patres familias vel filii familias. Illud per arrogationem hoc per adoptionem strictius dictum.

Quid arrogatio | Arrogatio est actus, quo homo sui juris auctoritate primum populi Romani in Comitiis curiatis postea imperatoris in Patriam alterius potestatem redigitur.

Effectus arroga-
tionis. | Cum igitur homo sui juris adrogatur, aequum est 1. eum ipsum auctorem fieri

II liberos et bona adrogati simul cum illo in arrogatoris potestatem, nomen, et gentem transire III. Impuberes nisi certis conditionibus adrogari non potuisse IV. ut arrogati Patri et fratribus adoptivis succederent ab intestato.

Sequitur jam adoptio strictius dicta, per quam liberos, qui in parentum potestate sunt auctoritate magistratus adoptamus. Ex quo sequitur I. Ut Patris naturalis consensus sufficiat II. Ut et infantes in adoptionem dari adoptarique possint III. Ut ad — Adoptio Quid?

optari

ptari nequeant liberi naturales et in nullius potestate constituti.

Effectus adoptionis.

Quia denique adoptio est causa patriae potestatis, eam Justinianus ascendentibus tantum dedit qui adoptant descendentes non adoptantibus extraneos ita tamen, ut et hi nonnminus quam illi patri adoptivo ab intestato succederent.

Usus adoptionum in Polonia rarissimus

Verum hodie ut in exteris Regionibus rariores sunt arrogationes et adoptiones, nec arrogati fiunt filiifamilias ita in nostra Polonia vix ulla adoptionum

contingunt

contingunt exempla, multo minus ea quae adrogatorum et adoptivorum Iura succedendi ab intestato firmarent, de quibus in Legibus nostris nihil habemus.

Titulus VI.

Quibus modis jus Patriae potestatis solvitur

Quibus modis dominium Quiritarium Jure civili desinebat iisdem Patria Potestas solvebatur. Sui itaque juris fiebant liberi 1. Morte Patris nisi etiam in potestatem Avi recidissent.

Modi juris civilis solvendae patriae potestati

II. Capitis dominatione maxima et media, ut captivitate, servitute poenae, deportatione v. Patris v. filii III. adoptione qua jus Patriae potestatis in alterum transferebatur IV Emancipatione.

Justinianus plures statuit

Justinianus tamen sanxit, ut Patria potestas solvetur sacerdotio Episcopali, dignitate consulari et senatoria, Praefectura, Praetoria, Praefectura Urbis, magisterio militum, Patrocinio fisci: ita tamen ut hi omnes Jura familiae intacta retinerent

nerent,
Praecipua Emancipatio
erat, qua liberi mascu=
li per tres venditio
nes et mancipationes,
totidemque manumissio
nes, filii autem et
nepotes una venditio
ne et manumissione
patria potestate ab=
solverentur. Vendebat
ergo pater filium sed
tertiae mancipationi
addebat contractum
fiduciae ut emptor
filium patri reman=
ciparet, quo ipse po=
tius eum quam emptor
manumitteret, ideoque
Emptor pater fiduciarius

apellatur

Imo hac fiducia interposita semper intelligebatur.

Auctoritate magistratus.

Justinianus deinde auctoritatem magistratus sufficere voluit, ut coram quocunque filium a Patre manumitti liceat.

An Pater cogi possit ad emancipandos liberos

Quemadmodum vero nemini invito rerum suarum dominium eripi potest nisi in poenam ita nec Pater ullo modo cogitur ad emancipandos liberos nisi qui Jus Patriae potestatis amittunt, I. Prostituentes filias II. Exponentes infantem III incestas

nuptias

nuptias contrahentes.
Caeterum veteres illi
emancipationis modi
jam in usu esse desie-
runt, quorum aliqui
pene ignoti sunt.
In nostra vero Polonia
quoniam potestas Pa-
rentum non est illa
Romana, sed Juris gen-
tium, eaque magis ad
liberorum quam ad
Parentum commodum
pertinet nullos solen-
nes modos emancipa-
tionis leges statuunt,
sed tacite liberi ex
potestate Parentum
exeunt, cum ab illis

Usq. solvendae Pa-
triae potestatis
in Polonia

alii

alii educarique desierint, et masculi quidem, simul ac res suas sibi habere et curare coeperint, utpote quae in potestatem et tutelam mariti transeunt, neque renascitur parentum potestas in viduam, nisi forte egena et aliorum ope destituta ad patrios lares redeant, siquidem tunc quod ad domesticam disciplinam attinet, vix a filiafamilias differre solet, quamvis in foro pro femina sui juris habeatur.

separata

Separata autem libe= rorum œconomia et ha= bitatio quæ voluntate Parentum fit solvit qui= dem eos patriâ potesta= te: non tamen debita Parentibus reverentia et officia extinguit, ac proinde sine parentum consensu nuptias fa= cere non debent, reti= nentque jura familiæ hæreditatis et succes= sionis iuxta ac non separati. Per seperatio= nem

Et quamvis nulla dignitas liberos exi= mat parentum potes= tate, raro tamen in Per dignitatem

potestate sunt filii ecclesiastica aut Politica dignitate aliqua cum emolumento ornati, ob seperatam rerum administrationem, quam tunc plerumque solent instituere.

Capitis deminutione — Denique ipsi Parentes capitis deminutione potestatem in liberos amittunt: id est: Cum ob flagitia designata Jure civitatis privantur, et Patria proscribuntur aut poena adicuntur sempiterna

Jure saxonico — In Civitatibus autem

in

in quibus Jus saxonicum viget modi solvendae Patriae potestatis sunt I. Per separationem id est, si liberi seperatim habitare incipiunt; modo annos pubertatis jam attigerint, II. Per matrimonium etiamsi seperatim non habitent sed paternis aedibus mensaque utantur neque soluto matrimonio patria potestas restauratur.

Ex recepta igitur Jure Saxonico emancipatione

Effectus emancipationis de Jure saxonico

tione sequunt efectus.
1. Quod liberi eman=
cipati sine consensu
Parentum matrimoni=
um contrahere possint
11. Si liberi à suis Pa=
rentibus seperantur
et propriàm rei fami=
liaris administrationem
habent Pater tenetur
bona materna immo=
bilià illis restituere
111. Quod possint
de bonis suis testari
idq3 intelligendum est
etiam de filià nupta
sive matrimonium
qus solutum sit, sive
adhuc duret IV Quod

emancipao

emancipatio liceat contra Parentum judicio experiri v. Quod quidquid per se v per alios lucrantur sibi acquirant.

Titulus VII.

De jure dotium, dotalicii, similiumque donorum nuptialium

Solutos Patria potestate in Polonia esse ostendimus non solum filios, de quibus hactenus dictum verum etiam filias

quæ per nuptias in potestatem mariti transeunt. Jam itaque res ipsa exigit, ut quæ mulierem desponsatam spectant, ex jure Regni nostri doceamus.

Dos quid sit

In his præcipuum est, Dos, cujus apellatione intelligi debet quidquid rerum mobilium immobiliumve à muliere vel ab amicis ejus nomine marito datum fuerit æstimatum vel non æstimatum, ut donec Matrimonium inter

eos

cos duret, apud illum maneat, et ad sustinenda matrimonii onera

Quae vero donat Uxori maritus sive ante sive intra sive post nuptias dotalicium dicitur ad compensationem dotis et amoris confirmandi causa introductum.

Quid dotalicium vulgo /przywianek/.

Itaqs Dos et donatio propter nuptias ut quantitate, et qualitate summa affirmata convenit. Ita pari iure consistunt tanquam mutuae donationes nisi quod ipsa donatio

Dos et dotalicium in quo conveniant et differant.

morte

morte Uxoris extinguitur:
Dos vero si sterilis decessit mulier ad ejus proximiores si habuerit liberos ad eosdem devolvitur.

Causa dotium voluntariæ et necessariæ.

Dotes vero constituuntur aut voluntariæ ab his qui nihil mulieri debent, sed tantum pietate aducti ei benefaciunt. Ut Orphanæ, Patroni, v. Magistratus, aut necessariæ ut a Patre, fratribus, Tutoribus v. Curatoribus assignatæ. Si enim omnes coguntur pro dignitate

natalium

natalium et facultatibus, constituere dotem illis puellis, quæ ipsorum fidei creditæ sunt.

Consvetudo vero usitata in Regno nostro quartam plerumque partem bonorum paternorum pro constituenda filiabus dote assignat. Quanta dos constitui solet

Promittuntur tandem dotes nuda policitatione si sponte offerantur, stipulatione seu pacto in certum diem ac locum aut sub conditione aliqua fide jussione bonorum utrorum inter- Formæ constituendarum dotium

ponta

posita, traditione dotis presenti, acceptilatione si extinguitur obligatio facta remissione dotis delegatione si mulier aliquem debitorem dotis constituat aut testamento

maritus testari debet, quod dotem accepit et dotalitium in bonis suis constituere

Quocunque autem modo dos constituatur, semper maritus estimatam aut inaestimatam authentico instrumento propter memoriam se fuilsse testetur, simulque dotalitium in bonis suis constituat.

Dominium dotis penes mulierem, utilitas et periculum penes virum

Et licet dominium dotis

penes

peres mulierem maneat, commodum tamen et periculum dotis æstimatæ quamdiu constat matrimonium penes virum est. Dos enim plane transit in contractum venditionis nam maritus fit debitor summæ vel pretii æstimatæ dotis.

Qui autem promisit dotem, semper ad evictionem tenetur. Inæstimatæ vero dotis utilitas quidem ad virum, persecutio et damnum ad uxorem spectat. — Promissor dotis ad evictionem tenetur.

Quamvis vero maritus non directum sed utile dominium in rebus

dotalib.

dotalibus consequatur
soletque ipsum dominium
variis factis extendi
et contrahi.

maritus in rebus dotalibus dolum et culpam praestat.

Nihilominus in rebus
dotalibus tam dolum
quam culpam praestare
cogitur, quia sua causa
dotem accepit, tantaque
requiritur ab eo diligen=
tia in custodiendis et
conservandis rebus dota=
libus, quantam in rebus
habet et exhibet.

Bona mariti obligata uxori

Atque ob eam rem bo=
na mariti tacito quo=
dam contractu sunt obli=
gata uxori durante ma=
trimonio adeo ut si vir
mulieri consistente ipso

matrimonio

matrimonio dotem reddat
nisi forte ideo dos reddita
sit mulieri ut aes alienum
solveret. aut idoneat
predia emeret in pos=
sessionem viri redditura
vel ut Parentibus aut fra=
tribus consuleret, vel
eos ex hostili captivi=
tate redimeret, aut si
apareat, viri facultа=
tes ita esse diminutas
ut vix ad restitutio=
nem dotis sufficiant.
Nam et hec causa est
propter quam maritus
Jus tenendae dotis amittat.
Quam etiam constante
matrimonio dos aliquando

Ex quibus causis
reddi potest uti
liter durante ma=
trimonio.

Quando maritus
jus tenendae dotis
amittit.

Quando uxor do=
tem a marito pe=
tere potest.

petit

petitur, at si maritus proscribatur, bonave ejus creditoribus addicantur, v fisco, Nam tum si quis horum conetur res invadere à marito in dotem datas, potest mulier eas sibi vendicare.

Donatio propter nuptias

Quod autem dicimus de dote, idem de donatione propter nuptias est accipiendum, quatenus scilicet mulier vivit, si quid præter dotem in ædes mariti detulerit, id eatenus fit mariti, quatenus ei dedit uxor. Nam si non constat de voluntate mulieris non

transeunt

transeunt, sic res ad eum translatæ in dominium mariti etiamsi illi forte traditæ sint, plerumque enim traduntur ut maritus eas custodiat; itaque reddit eas tanquam depositum cum mulier eas exigit vocantur autem res sic datæ Græco vocabulo Parapherna quasi propter et juxta dotem datæ.

Parapherna vulgo Parapetnalka

Quodsi igitur Pater filiabus suis non assignavit dotem fratres earum in tempore unius anni post mortem Patris sui tenentur.

Fratres tenentur sororibus dotem assignare et persolvere.

ex consilio et judicio duorum Consaguineorum proximorum tam ex linea paterna quam materna dotem constituere et ejusmodi constitutam dotem in unius ut plurimum anni spatio postquam in matrimonium collocatæ fuerint vere aut partem bonorum dotis loco illis dare.

Creditores et possessores bonorum debent sororibus fratrum quorum bona sunt dotem dare.

Si vero Sorores aut amitæ non dotatæ nuptui traditæ fuerint quorum fratres Germani aut Patrueles alias Bratunkowie ob æs alienum bonis privati sunt, debent

debent a Creditoribus seu possessoribus, qui decreto judicii bona eorum occupaverunt, competenter pro consuetudine et jure modo dotari, neque iisdem creditoribus aut possessoribus conceditur dilatio, sed tantum servatur illis actio cum evictore.

Si autem aliquae nondum fuerint in matrimonio collocatae, in unius anni tempore postquam nupserint dotem illis reddere tenentur, idque ita ut antequam nubant provisionem ex parte bonorum dotis causa — vel provisionem antequam nupserint.

sibi

sibi competente integrã
habeant, quam omnes
possessores illorum
bonorum persolvere de:
bent, qui etiam in iisdem
bonis habitatione con:
ditioni suæ conveniente
providere eas jubentur,
quamvis liceat illis et
alibi habitare pro judi:
cio et consilio amicorum,
salva semper earum pro:
visione.

Sorores honestè debent à fratribus educari et servari

Quamdiu tandem sorores
maritis traditæ non fue:
rint, debent à fratribus
honestè educari, servari
et provideri. Etsi frater
esset adeo austerus

contra

contra sorores suas
ut multis injuriis et
molestiis eas afficeret
nec curaret ut eas
in maritis traderet:
tales sorores possunt
confugere ad amicos
et consanguineos suos
atque agere, ut eis frater
portionem bonorum
eas concernentem tradat,
quas poterit sole per se
tenere, aut apud aliquem
Consanguineum cum eis-
dem portionibus manere
donec maritum assumpse-
rint. Quibus praedicti
fratres dotes competen-
tes ex praefatis bonis
dare debebunt hoc

tamen

tamen excepto, quod so=
rores easdem portiones
bonorum quas ex divisio=
ne cum fratribus facta
tenuerint, vendere et
alienare quovis modo
à fratribus suis Germanis
et eorum liberis non va=
lebunt, juxta terræ con=
suetudinem, de quibus
omnibus forum in judi=
cio Castrense assignatur.

Dotes non inscriptæ nulla sunt

Jam dos quæ non fuerit
libris, seu actis publicis
inscripta, alias juxta
Jurisdictionem et antiquam
consuetudinem reformata
nullius debet esse valo=
ris et momenti.

Si vero

Si vero quis in aliquo bona quaecunque Juris decreto fuerit assecutus in quibus scilicet bonis uxor ejusdem victi habuit reformationem suae dotis: talis reformatio illesa permanere debet.

Uxor autem marito suo nihil inscribit sine consensu amicorum etsi quid inscribit id nullius roboris est. Uxor nihil inscribit sua authoritate.

Quodsi maritus alienat bona doti et dotalicio Uxori suae subjecta, requiritur Uxoris ipsius coram actis constitutae consensus cum duobus amicis de linea paterna ad talem inscriptionem ratam habendam. Maritus bona doti et dotalicio subjecta alienare non potest.

Dotes sterilium uxorum ad successores revertuntur

Dotes sterilium mulierum ad consanguineos et veros haeredes dictarum mulierum revertuntur, neque in talibus bonis vindicandis diuturna possessio et prescriptio nocet.

Reliqua de dotibus et aliis donationibus nuptialibus ut de arris seu donariis à sponso et sponsa sibi utrinque vel tantum alteri ab altero datis fidei causa, similiterque de sponsalitiis muneribus ex mera liberalitate tributis in simplum, duplum vel si ita convenit etiam quadruplum restituendis à persona per quam

stetit

stetit quo minus nuptiæ subsequerentur tum de divortiis, ad Ecclesiasticum pertinent judicium Cognitio nihilominus de dote et inscriptionibus dotalibus, inter personas per divortium seperatas ad tribunal seculare remitti debet.

Titulus VIII.

De Tutellis

Diximus de liberis, qui sui juris fiunt, sequitur nunc de iisdem: quod licet aliqui sui juris fiant, cum tamen nondum per ætatem se ipsos regere

et à vi omnique injuria tueri queant sub aliena tutella existunt.

Tutelæ definitio

Tutela ergo est vis et potestas in capite libero ad tuendum eum qui propter ætatem suam se sponte defendere nequit: ita ut pupillus tutori subesse, tutor autem onus tuendi pupillum subire cogatur. Cum igitur tutella sit vis et potestas Jure civili data o permissa hinc Romani inferebant tutelam esse munus publicum. Ex quo sequebatur

Quis tutor esse potest.

1. Ut et filii familias

recte

recte tutellas susciperent,
II. Ut nec servi, nec pe-
regrini, nec mulieres
tutores esse possint
exceptis tamen Matre
et avia quas reliquis
etiam agnatis praeferri
jussit Justinianus III.
Ut tutella legitima et
dativa impediretur, tes=
tamentaria vero sus=
penderetur per minoren=
nitatem per furorem
et insaniam per surdi=
tatem et impotentiam
loquendi.
Quia vero ei potestati	Cui tutor detur
subest caput liberum.

sequitur

sequitur ut tutor potissimum Personæ non rei detur.

Tutela hæreditati comparatur. Et cum lege XII tabularum esset. Pater familias uti legasset super pecunia tutelave suæ rei, ita jus esto Romani tutelam hæreditati comparabant. Quemadmodum ergo testamento scriptus hæres excludit legitimum qui intestato successisset; ita testamentaria tutela reliquas omnes id est legitimam et dativam excludit.

Tutela triplex. Triplex itaque est

tutela

tutela testamentaria, legitima, et dativa.

De Tutela testamentaria.

Cum Paterfamilias possit legare super tutela sua rei explorati juris axioma est: Pater liberis in potestate sua constitutis et in alterius potestatem non recasuris, Tutores testamento, vel codicilis testamento confirmatis dare potest

Tutelæ testamentariæ ratio

Fundamentum hujus tutelæ est Patria potestas, ex quo sequitur

Ejusdem fundamentum.

1. Ut Pater solus, vel Avus, qui liberos in potestate habet tutores dare possit, non mater et avia, nec alia extranea persona II Ut idem Tutores det liberis non emancipatis utriusque sexus III. Etiam exheredatis IV Etiam posthumis

Quomodo tutores hoc modo dari possint

Cumque haec tutela sit instar hereditatis, hinc iterum colligitur 1. Ut et codicillis testamento confirmatis dari possit II. Ut recte tutores dentur omnes quibus cum sit testamenti factio filii familias, Magistratus, ac etiam qui ipsi

et minores

et minores, quamvis tum hi impediuntur alius interea Tutor a Magistratu detur. 18 Ut Tutor non solum pure et sub conditione, verum etiam a certo tempore vel incertius tempus testamento recte dari possit

Et cum nemo possit pro parte testatus, pro parte intestatus decedere, adeoque si vel semel tutela ad testamentarium devoluta sit, vel saltem adhuc speretur tutela testamentaria, locum tunc non habet tutela legitima.

Quamdiu speratur tutela testamentoria legitima locus non est.

De legitima agnatorum tutela.

Tutela legitima quando locus sit

Quemadmodum cum intestatus quis decessit, ex lege succedunt in bona proximi et quidem jure veteri agnati ita et tutela defertur proximis agnatis si Pater v[el] omnino vel certe quo ad tutelam intestatus decessit.

Tutela legitimae fundamentum

Hinc axioma est: Ubi successionis est emolumentum, ibi et tutelae onus esse debet dummodo persona sit apta obeundo muneri publico

Jure

Jure veteri XII. tabularum soli agnati et gentiles fuerunt tutores legitimi, proximi excludebant hodieque excludunt remotiores. etsi plures eodem gradu sint omnes tutelam nanciscuntur.

Quinam ad legitimam tutelam vocentur.

Sunt autem agnati et gentiles per virilis sexus personas cognatione juncti. Cognati, qui per foeminei sexus persona junguntur. Agnati et Gentiles ita differunt quod illi sint ejusdem cognominis et familiae hi ejusdem nominis et Gentis. Ita Julio

Differentia, agnatorum, cognatorum, Gentilium

Caesari

Cæsari agnati erant o=
mnes Cæsares Gentiles
omnes Julii

Jure novo et cogna
ti sunt tutores
legitimi imo et
mater et avia.

Quia vero agnatorum
et Gentilium discrimen
Prætor, Agnatorum et
Cognatorum differentiam
Justinianus sustulit
hosqꝫ cum illis promis=
cue ad successionem
admisit; Jure novo
Cognati una cum agnatis
ad tutelam legitimam
vocantur. Quinimo
idem Justinianus et
Matrem et aviam
admisit, easque omnibus
à latere cognatis præ=
tulit modo secundis

nuptiis

nuptiis renuntient. Sed haec agnationis et Cognationis jura capitis diminutione aliquando perimuntur dicendum igitur est aliquid de capitis deminutione

De Capitis Deminutione

Caput Romanis vocabatur status ille triplex: Libertatis, Civitatis, et familiae quia secundum illos capita referebant in tabulas censorum. — Quid caput

Est itaque capitis deminutio status prioris mutatio — Definitio deminutionis capitis

ejusdem divisio Cumque caput v. status sit triplex Libertatis, Civitatis, familiæ triplicem etiam esse oportet capitis deminutionem: Maximam qua libertas adeoque et Jura civitatis et Minimam qua salva libertate et civitate Jura familiæ perimuntur

Maxima Maxima et media mors civilis vocari solent. Hæc maxima capitis deminutio fiebat per captivitatem et servitutem. Media Media per exilium Minima Minima per arrogantiam, quia

arrogati

arrogati ex patribus familias fiebant filii familias.

De Tutela Dativa

Explicata Jure civili tutela testamentaria et legitima sequitur tertia tutela species quam dativam vocant.

Tutela Dativa est cum deficientibus testamentariis et legitimis, tutores à magistratu ex lege dantur. Definitio tutelæ dativæ

Dantur itaque Tutores si nec testamentarius nec legitimus Tutor adest. Quando Tutores dantur.

adest, si tutela testa-
mentaria v impeditur
vel finitur morte,
excusatione, aut remo-
tione Tutoris testamen-
tarii, quae nec sub con-
ditione nec in diem
nec ex die dari potest.

Usus hodiernus jure civili

Jam hodie Tutoris da-
tio Jure civili ad or-
dinariam pertinet ju-
risdictionem, et omnibus
ea facultas competit,
quibus est aliqua saltem
Civilis jurisdictio. Imo
Magistratus in quibus-
dam locis jus est praeter-
eundi testamentarios

et legitimos

et legitimos aliosque magis idoneos constituendi, si è re pupilli videatur.

De Auctoritate Tutorum.

Cum vero propter imperfectam aetatem pupilli tutor detur, hinc eam potestatem habet ut pro pupillo omnia agat, si pupillus, infans adhuc est, v ut eam necessario interponere debeat quotiès pupillus infantiâ major quid gerit, quo deterior possit fieri ejus conditio, quia de re

Axioma Juris dotissimum. Meliorem facere conditionem pupillo licet, etiam sine Tutoris auctoritate deteriorem non aliter, quam auctore Tutore

Pupillus sine auctoritate Tutoris alios sibi obligat, sed non obligatur.

Ex quo sequitur I. Ut Pupillus sine auctoritate tutoris sibi stipulari donationem v remissionem acceptare, imo et quocunque titulo lucrativo acquirere non autem promittere donare, remittere alienare possit II. Ut con=

tractq

tractus inscio Tutore cum pupillo initi non obligent pupillum, illi tamen ex iisdem alios habeat obligatos III Ut pupillus sine auctoritate Tutoris hereditatem adire non possit quamvis cum lucro sit: nam heres adeundo creditoribus et legatariis se obligat, pupillus autem ex facto suo civiliter obligari nequit. Denique quia Tutor auctoritate interposita pupilli judicium supetet ad eoque pupillus et Tutor

Tutor in rem suã auctor fieri non potest

veluti

veluti pro una persona agente habentur, axioma Juris est; Tutor in rem suam auctor fieri non potest.
Ex eo infertur Tutorem emere non posse res pupilli nisi auctione publica. Si autem lis intercedat inter tutorem et pupillum, dari pupillo debet Curator litem. Quod vero hodie contingit cum nec creditor nec Debitor pupilli tutelam ejusdem suscipere possit.

Quibus modis Tutela finitur

Quandoquidem vero tutela ideo inventa est, ut defendantur ii, qui per aetatem se defendere nequeunt cessante hac causa, tuttela quoque finitur.

Quando tutela finiat

Finitur itaque I. Morte cum Tutoris tum pupilli II. Capitis deminutione et quidem pupilli quacunque tuttoris maxima et media III. Pubertate quam in masculis expleto anno

decimo

decimo quarto, in puellis duodecimo Jus civile definivit, IV. Veniente die v. existente conditione tutela testamentaria finitur V. Excusatione VI. Remotione Tutoris

Finita tutela quaenam actiones competunt pupillo

Quia denique tutor primario quidem personae, secundario etiam rei datur, eundem tanquam rei alienae administratorem finita tutela teneri ad rationes reddendas. Qui si eas non reddit Tutelae judicio, qui improbe

administratas

Administratas, et aliquid subtraxit, actione de rationibus distrahendis quæ in duplum datur, a pupillo in Jus vocatur. Hactenus de tutelis Jure civili

De tutelis Jure Regni Poloniæ

Quod ad Jus Regni nostri attinet dantur impuberibus Tutores quorum eadem, quæ Jure civili est divisio: in testamentarios, legitimos, et dativos.

Testamentarii quos   Tutores testamentarii

Pater testamento libe-
ris impuberibus con-
stituit, praeferuntur etiam
Matri et Aviae et Legi-
timis Tutoribus. Potest-
que Pater vivens adhuc
liberis suis et Uxori,
f. si ipsa voluerit :/ cer-
tos tutores, de quorum
fide et amicitia magis
illi constat assignare,
quosque post ejus mor-
tem nulli cognati
quantum vis proximi
a tutela removere
Jure nobilitatis Prussiae possunt. Jure autem
nobilitatis Prussiae
non tantum testamento

verum

verum etiam ad acta quæcunque publica Tutores liberis à Patre dari queunt.

Legitimi

Deficientibus testamentariis Tutoribus Legitimi tutellam suscipiunt ac primo frater natu major, tum agnati ex linea paterna, deinde Cognati, qui ex linea materna pupillis maxime proximi extant.

In Ducatu Lithu:

His non extantibus in M. D. L. datur tutella fœminis Patri cognationis proximis, ac si et hæ desint, etiam per maternam lineam con

juncti[s]

junctis, modo sint maritatæ, et cum ipsæ tum Mariti earum possessores bonorum proprias habeant, velintque Mariti tutelam eandem suscipere nec non in subsidium deficiente uxorum possessione in propriis etiam bonis administrandæ tutelæ cautionem præstare et pupilli majores facti non modo in bonis cognatarum verum etiam Maritorum res suas inquirere atque repetere valeant.

In Prussiâ In Prussiâ Regali

Cognatis

agnatis deficientibus. Cognati proximi ad tutellam gerendam adhibentur. At si plures ex eodem cognationis gradu eandem tutellam vendicare sibi voluerint, Judicii terrestris est, tres ex iisdem deligere, quos pupillorum rationibus magis expedire judicaverit.

Si vero horum quoque omnium, quos leges ad tutelam vocant, nulli omnino supersint, Judicium Castrense in Regno Tutores pupillis dare munus injunctum. Dativi

sibi

sibi habet. Quod in
In MDL. MDL. Terrestre ju=
dicium praestat idque
hac lege, ut in quo di=
stricto Tutella cuipiam
demandatur, in eodem
possessionem suorum
bonorum habere debeat
(: Testamentarii tamen
quamvis omni possessione
carentes assignari pos=
sunt:) neque exteri Tute=
lam gerere valeant, sed
tantum indigenae. Quod
si pupillus bona sua
in diversis tractibus
habeat, Tutor ex illo
tractu constituendus
est, in quo majora pu

pilli

pilli sita sunt bona
omnium aliorum idem
ille administrationem
habebit.

Jure terrarum nobili=
tatis Prussiæ non ex=
tantibus Tutoribus ag=
natis et cognatis, aut
legitimis ex causis se à
tutella excusantibus,
Judicium terrestre à
quocunque eo nomine
apellatur in proximis
judiciis terrestribus
Tutores duos v tres
idoneos et sufficientem
possesionem ibidem
habentes dare pupil=
lis jubentur.

In Prussia

De.

De Inventario

Tutor omnes res pupilli in Inventarium referre debet.

Tutor ergo quocunque Jure in Regno nostro sit constitutus primo omnium praesentibus duobus amicis ex linea Paterna pupilli procedentibus vel si tales non existant ab aliquo Judicio destinatis, in Inventarium describere debet omnes et singulas res pupillorum non solum ut pupillus rerum suarum Indicem habeat Ipseque Tutor se contra pupillum tueatur, verum etiam ut idem

tutor

tutor si pereant Chy=
rographa v instrumen=
ta pupilli utatur his
contra debitores, quasi
admonitoribus seu re=
pertoriis

Statuto autem Lithua= Quid in Statuto
nico suscipiens tutelam Ltvanico de in=
Inventarium rerum pu= ventario
pilli conficere debet
in presentia ministe=
rialis a judicio dati
in illo districtu in quo
erant res pupilli et in
presentia duorum No=
bilium consanguineorum
pupilli, quorum si nulla
sit, vel vocati venire
noluerint in presentia

decorum

duorum nobilium non suspectæ fidei, qui in eodem districtu suas possesiones vicinas habeant, quod inventarium conscriptum, et sigillis tam à Ministeriali quam ab illis nobilibus munitum, ad acta terrestria præsente eodem ministeriali et nobilibus referendum est, relicto sibi ejusdem Inventarii exemplo.

Quid in jure correcto Prussico

At Jure Prussico ad conficiendum Inventarium in tempore mensis unius post susceptam

tutellam

Judex terrestris loci illius a tutoribus requisitus jubetur duos Scabinos in bona pupillorum delegare, qui confectum inventarium ipsi subscribant, et sigillis muniant, illudque tutores in proximis judiciis terrestribus ad acta referant. Quod si a Tutoribus praetermissum fuerit quantum a pupillis, aut haeredibus eorum moderatione judicii praecedente in litem jurabitur, tantus damni nomine praestare illis tenebuntur.

In

Quid Iure saxonico In Iure saxonico idem optinet quod in Civili. Nox enim ut fuerint Tutores assignati Inventarium in praesentiâ publicarum personarum conficere debent. Etsi dolo Inventarium hoc non fecerunt, tenentur in id, quod pupilli interest, idq; ex juramento in litem estimatur. Praeterea notantur macula infamiae, et tanquam suspecti ab officio tutoris removentur. Quin imo etiam

es

æs alienum, etiamsi bona pupilli non suppetant solvere coguntur. Quod si Tutor non confecto Inventario moniatur, contra ejusdem hæredem in litem jurari non potest, sed debet pupillus plene probare quid et quantum ad Tutorem pervenerit. Etsi non satis plene probaverit, juramentum supletorium deferri et non potest.

De auctoritate Officio et administratione Tutor Regni.

Auctoritas tandem et
Officium ~~aut~~ Tutoris
hoc est: ut non solum
res et bona pupilli
administret, verum
etiam morum et in-
genii ejus excolendi
curam habeat, ac pro-
inde Praeceptoribus et
famulis mercedem
solvere, alimenta et
omnia educatione il-
lius necessaria pro
patrimonii facultate
et natalium pupilli
dignitate suppeditare,
nec non actiones no-
mine, pupilli instituere,
pro eo in judiciis

respon

respondere et pro capi=
te Patris pupilli con=
tra interfectores age=
re debet.

Quod officium Tuto= Statuto Litvanico
ris ita Statuto Litva=
nico designatur ut ac=
ceptis pupillis in tute=
lam suam honestam
educationem tam in
moribus quam in lite=
ris det, bonaque pupil=
lorum in integro con=
servet, exceptis rebus
corruptioni subjectis,
quas potest imo tenet
vendere, et pecuniam
in commodum, Utili
tatem, necessitatemque
convertere. Prohibetur

tamen

tamen illi, piscatura in stagnis, id est. Stawow spuszczania sed tantum captura piscium pro usu necessariorum permittitur.

Ubi educari permittitur pupilli

Educandus autem pupillus apud illum quem Pater pupilli in testamento voluit. Quod si Pater in testamento suo nihil haidere constituerit tunc pupillus apud Matrem educari debet de quo in Statuto Litvanico ita habetur.

Statuto Lithvanico

Si Pater moritur et nullum constituat Tutorem,

qui

qui pupillorum curam
habeat, bonaq illorum
administret, tunc tute-
la pupillorum specta-
bit ad Patruum v aliquem
magis proximum consan-
guineum. Nihilominus
propter meliorem et
diligentiorem educatio-
nem pupilli penes
Matrem remaneant:
pupilla foemina, usque
ad elocationem illius
in matrimonium, pu-
pillus masculus ad
annos septem. Tuto-
res autem pupillis, quo-
usq penes Matrem
erunt omnia necessaria

providéant

providèant juxta qua=
litatem bonorum et ju-
dicium Judicis. Non po-
terit tamen Materfi=
lias suas in matrimo=
nium elocare inscius
et non consultis Tuto=
ribus.

Quando tutor bo=
na pupilli aliena=
re potest

Tutor vero pupillorum
haereditatem et bona
vendere aut alienare
& limites eorundem
bonorum perdere non
potest: alioquin cum
ad annos discretionis
pervenerint, omnia
hac jure suo repetere
possunt nec ulla
adversus eos valebit

praescriptio

praescriptio. Sed si intra tempus sibi praescriptum aetate jam completa pro illatis sibi injuriis agere neglexerint, tunc obstat eis exceptio praescriptionis propter negligentiam allegatam.

Simili ratione Statutum Lithuanicum jubet Tutores non posse haereditatem pupillorum, vendere aut alio quovis modo alienare, nec limites facere.. Sin secus Tutor fecerit, pupilli ad annos discretionis seu plenam aetatem venientes habebunt

habebunt potestatem vindicandi hæreditatem suam a possesore illius modo præscriptionem terrestrem non neglexerint.

Fratres adulti non possunt alienare bona minorum

Fratres quoque majores adulti non possunt fratrum suorum minorennium bona quocunque protexta arte et ingenio vendere, obligare debitis onerare alienare et distrahere, præter portionem suam, nisi forte debitorum onus per parentes contractum id exigeret. Sed nec pro extingvendis hujusmodi debitis

licet

illis aliquid vendere obli=
gare aut distrahere,
nisi seniorum domus
suae accesserit consilium
et consensus neque pe=
cunia ex venditione bono=
rum summa debitorum
excedat. Ubi vero par=
va aut nulla paren=
tum extiterint debita,
Frater major et adultus
teneat demptis congruis
suis oneribus necessa=
riisque impensis et ex
pensis proventus omnes
residuos conservare inter
ceteros fratres equaliter
partiendos. Si quid autem

contrarium

contrarium fecerit, id totum irritum esse decernitur. Si nihilominus debitum aliquod Paternum certum et liquidum ex proventibus solvi non possit, Tutor non insolvendo difficultatibus pupillos bona creditori in summa debita tradere jubentur.

Statuto Litvanico

Quod idem fere Statuto Lithuanico decretum: Ut Frater major bona cum fratribus minorenibus indivisa tenens, non habeat potestatem quoquo modo

ea

ea alienandi, nisi quando
debita Parentum inscripta
sint & decreto judicis
adjudicata, idq cum con-
sensu et consilio ami-
corum suæ Domus, et si
aliqua pignori dederint
talia debita Paterna
& Materna ex omnib
bonis solvere debet. Ita
tamen ne pecunia ex
bonis fratrum suorum
accepta summam debi-
torum Parentum superet.
Si autem solutio debi-
ti parvi per judicium
sit decreta, Frater ma-
jor pro alimentis

et necessitatibus dome-
sticis provisione prius
facta, ex proventibus
bonorum communium
debita illa persolvat
reliquum pecuniæ fra-
tribus minoribus conser-
vet. Quod si contrarium
fecerit, irritum sit et
nullum nec a judicio
probandum fratribus
cum ad annos competen-
tes pervenerint bona
sua injuste et contra
hanc legem alienata
Jura vindicantibus, modo
illis perscriptio non
obstet.

Jure vero Nobilitatis Prussiæ Tutores confecto Inventario resque temporis tractu perituræ videantur, quam optima conditione poterit sine mora vendant, pecuniamque ex illis coactam una cum reliqua pupillari pecunia ex utilitate pupilli in rem illius collocent, et si debita aliqua extiterint, mobilia bona vendant, ex quibus ea solvant. Jmmobilia vero bona non nisi ex sequentibus causis decreto et æstimatione

Jure nobilitatis Prussiæ.

Judicii terrestris accedente alienare aut obligare poterunt, scilicet ut dotem solvant, alimenta pupillis constituant, aut liquidorum debitorum onus solutione extinguant. Preter has causas et si aliqua earum decreto Judicii non fuerit probata quæcunque bona vendant dominium eorum non transfertur, recteque postea a pupillis vindicari poterunt. Atque notandum quod decretum alienationis bonorum

immobilium

immobilium a judicio ter-
restri in eo districtu obti-
neri debeat in quo ea bona
sita sunt.

Postremo Ius Saxonicum vetat Tutori bona pupil- Iure Saxonico
lorum alienare, /: nisi quae
servari possunt:/ I. sine ju-
sta causa II. sine decreto
Magistratus III. sine aucto-
ritate Tutoris. Quorum si
unum aliquod defuerit, ha-
bent minores eo nomine, non
solum tutelae personalem
actionem adversus Tutorem
sed etiam rei vindicationem
ad res suas a quocunque
Possesore recuperandas.

His

num pupilli te-
neantur in ju-
dicio responder.

His itaque de auctoritate, officio, et administratione Tutorum dictis sequuntur, decernuntur. Ad illud imprimis quod citati pupilli nec respondere, nec ipsi agere in judicio possunt sed Judex causas ejusmodi ad perfectam eorum aetatem suspendere ac differre debet.

Tenent, respon
dere in sequen-
tibus causis

Sunt tamen aliqui casus in quibus pupilli in jus vocati cum tutore compa-
parere et respondere tenentur 1. Si aliquis Patri v. Matri ipsorum haereditatem suam obligasset, et ipsam a pueris redimere

vellet

vellet: tunc pueri pecuniam obligatam recipere tenentur pro eadem hereditate quamvis annos legitimos non habeant. Cum in Statuto Lithuanico additur quod si tutores justis documentis bona haec non subiacere exemptioni, sed ad pupillos jure hereditario spectare demonstrent, tunc hujusmodi causa differri debet ad annos discretionis pupillorum 11. Si quis pro Patre ipsorum cautionem inciderit fidejussoriam, et vivente Patre ad judicium fuerit provocatus, tunc

Statuto Lithuanico

pueri

pueri respondere v solvere tenentur, fidejussorem liberando nec respectando annos ætatis.

Statuto Litvanico

Quod Statuto Litvanico in diversa prorsus ratione ita decernitur: Ut si Pater pro aliquo fidejussisset, et vivens adhuc pro hac fidejussione fuisset ad judicium vocatus tunc si pupilli post mortem Patris fuerint quoque citati respondere teneantur. III. Si Pater pro aliqua hæreditate adhuc vivens citatus fuisset, etiam pueri pro eadem hæreditate respondere jubent.

Quod

Quod idem in statuto Lithuanico obtinet IV. si aliquis bona hareditaria vendiderit, obligaverit, seu pignori dederit alicui, ac scripto defensorem evictoremque se esse promiserit, tum mox e vita decederet, filii ejusdem defuncti debent tueri possessorem in bonis hæreditariis quamvis annos discretionis non habeant, nec debet eis dari dilatio ad ætatem legitimam V. si fuerit citatus pupillus ad inscriptionem per Patrem ejus alicui factam, aut pro debito, aut pro quacunque alia re, tenetur

obligationi et inscriptio-
ni Patris satisfacere VI.
In actione finium regundo-
rum si unus pluresve essent
haeredes eorundem bonorum
pro faciendis limitibus
citati, et inter tales essent
aliqui cohaeredes mino-
renes aeque citati, nihilominus
et contra hos tam judici-
um terrestre, quam officium
Subcamerarii ad limites
illorum bonorum facien-
dos non obstante illorum
minorennitate pronuntia-
bit. Servanda tamen illis
est actio a Subcamerario

v

vel ejus officio cum aucto=
re limitem faciendorum
ut postquam annos discretio=
nis attigerint, liceat eis
jure agere contra eos, à
quibus injuriam putabant
sibi factam, idque tantum
quod partem illorum decer=
nit <u>VII.</u> Si pupilli aliquo
protextu juris bona jure
victi possideant, citati pro=
iisdem bonis cum Tutore
respondere tenentur <u>VIII.</u>
Idem in actione familiæ
herciscundæ, id est heredi=
tatis dividendæ intelligen=
dum est, IX. Statuto Lithua
nico

nico respondere jubentur, si pater pupillorum expulso aliquo è bonis possessione pacifica eundem prohiberet, ac interea moreret.
X. Idem statutum Litvanicum jubet ut, si kmeto a alterius subditus ad bona pupillorum aufugiat sive vivente adhuc Patre sive mortuo: pupilli in judicio castrensi vel terrestri per tutorem suum respondeant nisi actori obstet praescriptio.
XI. Quodsi denique tutores ipsi facto recessu nomine pupillorum a successione ipsimet per se, vel per

subordi

subordinatas personas quovis prætextu Juris intromissione in bona ejusmodi impediant, actor aut Creditor eosdem veluti complices in judicium castrense vocare potest.

Tandem pro labore gestæ tutelæ assignatur Statuto Litvanico Tutori decima pars ex omnibus reditibus pupillorum. Merces Tutoris

In qua ætate finitur Tutella Pupilli

Postquam Pupillus ~~maximus~~ masculus annos quindecim ætatis suæ finiverit. Ætas pubertatis sive in Regno anni quindecim

Tutela quoque Jure regni nostri finitur, debetque tutor bona sua illi pupillo jam puberi reddere, quibus uti quidem pro arbitrio et voluntate potest, verum ea vendere aut obligare sine suorum consanguineorum v amicorum consensu prohibetur, donec viginti 4tuor etatis suae annos transierit.

Jure litvanico. Litvanico autem Jure, Pupilli masculi ad decimum octavum ~~annum~~ etatis annum faeminae ad decimum tertium in tutela existunt.

Pun=

Jure Prussico

Tum Jure terrestri Prussico statutum est ut minorennes in tutela ad decimum octavum ætatis annum sint, quo transacto judicio terrestri per annos ætatis probent, administratioque rerum ad illos pertinentium, a judicio eis decernatur, decreto interposito Tutores omnia bona tam mobilia quam immobilia in usum et administrationem sine ulla dilatione illis tradant Tutelæque et administrationes tam bonorum, quam fructuum præsentibus duobus pupillorum con

sanguineis

consangvineis rationem
illis reddant, Immobilia
tamen bona antequam
antequam vigesimum 5tum
ætatis annum habuerint,
minores nisi iisdem causis
et modo, quibus Tutores
alienare nullo modo po-
terunt. Si moram alliquam
hoc in re tutores fecerint
ad judicium terrestre
aut officium Palatinat.
peremptorie citentur,
quantiqz in litem à pu-
pillis juratum fuerit sine
exceptione ulla damni
nomine eis præstare

bonaqz

bonaque ejus nihilominus illis restituere, et rationes reddere tenent. Quodsi plures fratres fuerint et quisqs eorum ad legitimam ætatem pervenerit, ita usum sortis modo supradefinito tradere illi debent, reliquorum autem fratrum minorennium conjunctim eam fratre adulto tutelam et administrationem continuabunt. Divisio autem bonorum perpetua nisi tum fiet cum decimum octavum ætatis annum omnes habuerint.

Ex

Qui sunt anni discretionis

Ex his itaque colligitur annos discretionis et aetatem perfectam Jure Regni nostri esse annos viginti quatuor transactos, quorum unus viginti, Jure Saxonico sufficiunt.

Jure Saxonico

De reddenda ratione administrationis Tutellae

Tutor finita Tutella rationem reddit

Finita Tutella ad rationes reddendas ubique locorum in Regno tenentur Tutores, idque ita: Ut novum Inventarium rerum omnium conficiant, et ex singulis bonis reditibus, fructibus

aliisque

aliisque per parentes relic-
tis vel ab aliis Jure suc-
cessionis ad pupillos devo-
lutis aliisque quovis modo
eosdem pupillos concernen-
tibus coram illis quorum
interest rationem reddant.
Qua in re forum in ju-
dicio terrestri assignatur.
In Prussia autem præter ea quæ superius jam monuimus, hæc sunt Jure nobilitatis observanda. Si durante tutella aliquis ex tutoribus mortuus fuerit et superstites tutellam administrave-
rint, cujusque tutoris bona

Jure nobili
tatis Prussici

aut

aut hæredes non amplius obligabuntur pupillo, quam per quod tempus tutelam quisque gessit: ita, ut suum quisqs affectum, aut ejus cui in bona successit tantum præstet Quidquid tamen Tutor in personam bona, et causas pupilli v in rem aliquod ad eum pertinentem impenderit, cum officium suum nemini damno esse debeat, recte in eas rationes referet.

Dolum et latam culpam Tutor præstat.

Præter dolum, et latam culpam nihil tutor præstare debet. Sed cum omnia ipse Tutor ex officio suo fecerit si quid a Procurator causarum pupilli v minister

administrandæ

administrandæ rei familiaris in rebus pupilli peccaverit, aut si casus aliquis fortuitus, qui prævidere non potuit, damnum aliquod rebus pupilli adtulerit Tutor id præstare non tenetur.

Jure saxonico Tutores non finita primum tutella, sed singulis annis rationem administrationis reddere debent, nisi sciat Mater, quæ nec finita tutella eam rationem reddit, aut Frater v. alius cohæres qui quotannis id facere non sunt obstricti, aut si testator premisit Tutori confectionem inventarii aut Jure saxonico

si rationes istæ à tutoribus non exiguntur

Titulus IX.

De Curatoribus

Cum iis qui puberes facti in tutellam suam veniunt, Curatores adhuc assignentur de his nunc dicendum nobis est.

Curationis definitio

Curatio ergo est: Potestas administrandi bona, et rem familiarem eorum qui rebus suis ipsi superesse nequeunt

Curatorum et Tutatorum differentia

Ex quo axioma eruitur. Curator primario rebus personæ tantum per consequentiam datur. Atque inde sequitur 1. ut Curatores

res, non uti Tutores, auctoritatem interponant sed tantum consensum minoribus aliquid acturis impertiantur II. Ut et tutorem habenti dari possit Curator

Cumque Curatores dentur puperibus, qui rebus suis superesse nequeunt sequitur ut dari debeant I. Furiosis II. Prodigis, qui a furiosis parum distant quippe furiosum rerum suarum exitum facturi, nisi cohibeantur. III. Etiam adolescentibus donec annum vigesimum quintum Jure Civili finiverint.

Curatio vel legitima est.

vel

Dantur furiosis

Prodigis

Minoribus

Curatores quadruplices sunt.

vel Dativa. Legitima est
furiosorum et prodigorum,
Dativa minorum seu ado-
lescentum aliorumque qui
v ob corporis vitium, vel
ob absentiam rebus suis

A quo dari possunt

superesse nequeunt. Dantur
Curatores ab iisdem Ma-
gistratibus, a quibus Tu-
tores et omnes assignant,
qui tutores esse possunt,
non ipsi qui tutelam ges-
serunt, si se a Curatione
excusent.

Quando finit Curatio

Ut vero tutela pubertate
ita Curatio minorum ætate
adulta, id est exacto vigesimo
quinto ætatis anno Jure
Civili finitur, nisi minor
veniam ætatis ante id

tempus

tempus impetraverit. Furiosorum et morbo impeditorum Curatio finitur recepta valetudine, Prodigorum receptis sanis moribus et sublata interdictione bonorum

Ut vero Tutor actione Tutelæ directa, Ita Curator utili tutelæ judicio etiam durante curatione ad reddendas rationes adigitur Quæ actio adversus Curatorem.

De excusatione Tutorum et Curatorum.

Cum tandem curatio æque ac Tutella sit munus publicum, et ad eadem fere

causæ

causæ à curatione quæ à tutella excusent de utraque simul hoc loci Tutorum et Curatorum excusatione agere nobis expedit

Excusatio quid et quotuplex

Excusatio igit. in sensu quo nis est exceptio v. causa ob quam aliquis munus publicum adeoqs et tutellam, et Curationem suscipere v. non cogitur v. prohibetur Excusatio itaqs. alia est voluntaria alia necessaria

Voluntaria

Voluntaria v. ob Privilegium v. ob impedimentum vel ob existimationis periculum admittitur.

Pri

Privilegio gaudebant Cives Privilegia
I. qui Romæ tres alibi in Italia 4tuor aut quinque liberos legitimos habebant superstites II. Qui rem fisci publici Tributa, et vectigalia administrabant. III. Absentes Reipublicæ causa qui non modo à suscepta dum abessent verum etiam à suscipienda, unius anni intervallo postquam reverterunt, excusabantur. IV. Senatores et Magistratus majores cum potestate V. literati, Medici, Juris consulti, Philosophi, omnesque artium professores modo ex numero in Patria sedulo

docentur

docentium essent.

Propter impe-dimentum

Propter impedimentum ex-cusabant I. tria onera Tu-telæ modo non admodum tenues fuerint. II. Pubertas. III. Morbus ob quem aliquis rebus superesse non potest, IV. Imperitia literarum, nisi tutela adeo sit tenuis ut etiam ignorantiam lite-rarum patiatur V. Senectus septuagenaria.

Propter existima-tionis periculum

Denique ob existimationis periculum excusabantur qui cum Patre pupilli inimicitias capitales exercuerunt, quibus ignoscendum est, quod suspici-onem sinistram hoc prætextu vitare

~~Privilegio gaudebant Cives~~ Privilegia
~~1. qui Roma tres alibi in~~
~~Italiâ quatuor aut quinque liber~~
~~ros~~ vitare et remotionem
anticipare cupiunt.
Necessariæ censentur I. Furor, Necessaria
Dementia, surditas, cæcitas, Excusatio
II. Minorennitas III. Militia.
IV. Lis cum pupillo super
omnibus bonis v maxima
eorum parte V. Sacerdotium
et vota Religiosorum ordinum,
excepta tutella legitima quæ
Presbiteris et Diaconis tantum
ab Imperatoribus permittebatur.
Speciatim vero tutella gesta
a curatione excusat ad quam
Tutor non ~~potest~~ cogit.

Sed

Excusationes allegandæ.

Sed cum excusationes voluntariæ nonnisi oppositæ prosint sequitur I. Ut antequam opponantur is qui datus est, ipso Jure Curator aut Tutor sit. II. Ut ad eum ab eo tempore, quo datus est omne periculum pertineat, si allegationes causa cognita tanquam falsæ rejiciantur III. Ut rectissime sibi consulat Tutor & Curator, qui simul ac datus est administrationem suscepit, interposita protestatione id excusationibus fraudi non futurum, quibus etiam pluribus uti potest, ac easdem

simul

simul allegare tenetur coram Tribunali, neque prius licet illi altius judicium appellare, quam secutum sit decretum rejectionis.

De Suspectis Tutoribus et Curatoribus.

Postquam autem de excusatione Tutorum et Curatorum dixerimus dicendum nobis restat de eorum remotione.

Removentur Tutores et Curatores suspecti qui non ex fide Tutelam aut Curationem gerunt. Ex fide non gerere censentur qui vel dolo malo v culpa, v negligentia non satisffaciunt Officio, licet — Quinam suspecti

alias

aliàs solvendos sint. Unde nec paupertas quemquam suspectum facit, nec divitiæ à suspicione absolvunt.

Quid crimen suspecti

Cum ergo intersit Reipublicæ res pupilli salvas esse, crimen suspecti est accusatio quasi publica Tutoris vel Curatoris non ex fide gerentis ad remotionem ejus pœnamque arbitrariam infligendam comparata.

Quis accusare possit

Cumque hæc accusatio sit quasi publica rectè omnes accusare possunt veluti Contutores, et Mulieres quæ aliàs accusare nequeunt et quidem non modo cognatæ sed et aliæ, non tamen ipsi

pupillo

pupillo quamvis puberi et
ex consilio necessariorum
Curatorum suum accusare
licebat. Si vero legitimi
accusentur, ob necessitudinem
quae illis cum pupillo inter
cedit, ita plerumque eorum
famae consulitur ut remo-
tionis loco adjungatur eis
alius Curator ne infamia
ipsum pupillum quodammo-
do efficiat.

Accusato Tutori vel Cura- Modus procedendi
tori administratione statim
interdicendum est, donec fini-
atur cognitio. Condemnatus
autem removendus est aut
cum infamiae nota si ob doli

vel

vel culpa lata, aut sine hac ignominia si tantum culpæ levis reus fuerit. Tum si tutor latitet, neqs alimenta pupillo decernat, idem pupillus in bona Tutoris mitti potest. Si vero ante sententiam prolatam criminis suspecti reus moriatur vel si tutella et curatio quocunqs interea modo finiatur id enim crimen extinguitur, cum pupillo satis alia actione prospectum sit

Usus Regni Poloniæ in dandis

Curatoribus

Curatores minoribus viginti qtuor annis dantur.

Legibus nostris Poloniis et comuni jam cum omnibq

fere

fere aliis gentibus consuetu=
dine, officium ac potestas
Tutoris et Curatoris confun=
gitur, ut semel aut testamen=
tarii aut legitimi aut à
Magistratu pupillis dati Tu=
tores etiam Curatores sint
usque ad ætatem eorum legiti
mam. Quod videtur ex nostris
constitutionibus quibus præ=
scribitur modus reddendi bona
pupillis, ut videlicet uti qui=
dem illis pro arbitrio possunt.
Sed vendere, obligare, et ali=
enare nonnisi cum consensu
amicorum consanguineorum
priusquam annos viginti
quatuor exactos habeant
non possint.

Venia seu adjudicationem annorum Rex dare potest

Possunt tamen minores adhuc viginti quatuor annis, non solum nobiles, sed etiam Juri saxonico subjecti, authoritate ac per rescriptum Regiae Majestatis ad judicationem sive veniam annorum impetrare. Quam si obtinuerint non egent amplius curatore et reputantur jam pro majoribus in judiciis, contractibus, et in administrandis rebus suis. Quod si tum in aliquo contractu laedantur non possunt restitutionem in integrum petere.

Restitutio pupilli in integrum

Datur enim minoribus qui nondum annos viginti quatuor expleverant.

expleverunt, restitutio In integrum si in aliquo contractu vel negotio etiam interveniente auctoritate Curatoris se læsos esse probaverit, ita nimirum ut Jus suum integrum recipiant, et in priorem statum restituantur. Hæc tamen restitutio non pro quavis minima sed pro enormi aliqua læsione ipsi Jus pupilli non Parentum conceditur.

Alia est curatio furiosorum seu mentecaptorum quibus Jure Regni nostri Curatores authoritate Regiæ Majestatis dari debent. Curatores furiosorum.

Litera

Literæ tamen Curatoriæ
ex Cancellaria Regia ex=
tradi prohibentur donec
inquisitione Deputatorum
sive ex senatu sive ex of=
ficialibus terrestribus
sive ex equestri ordine
illius terræ in quo hic
cujus curatio petitur
ipse et ejus bona exstant
certo constet eam Cura=
tionem esse necessariam
ad quam proximi Consan=
guinei adhiberi salvoque
eorum Jure manere præ=
caventur.

usus

Usus excusationis Tutorum et Curatorum.

Excusationes Tutorum et Curatorum necessariè fere omnes etiam apud nos receptæ; non item voluntariæ, quarum plures à moribus Reipublicæ nostræ prorsus alienæ sunt.

Quamcunque tandem justam Tutores et Curatores habeant Excusationem coram judicio cum opus fuerit declarandam, propter quam curationem v. tutellam

acceptare

acceptare nolunt debent
eidem Tutellæ v. Cura-
tioni coram actis publi-
cis solenni formula
renuntiare, ut primum
se Tutores assignatos
cognoverint et priusqm
impositam sibi tutellam
ejusqz res ac negotia
attrectaverint.

Usus remotionis suspecti Tutoris et Curatoris

Usu denique et Iure Re-
gni nostri: Tutor pro-
digus et male res pu-
pilli administrans,

potesstate

potestate Iudicii Castren=
sis tanquam suspecto
amoveri potest. Quod
simili ratione et de illo
Tutore tanquam suspecto
leges praecipiunt qui
caput occisi pupillorum
Parentis vindicare ne=
glexerit
In Ducatu vero Lithuaniae
Tutor, qui res pupilli
male administrat per
Judicium Terrestre amo=
vetur.
Item Iure terrestri in
Prussia si tutores
suspecti sint a res

In Ducatu Li=
thuaniae

pupillorum

pupillorum male admi=
nistrent a quocunque
Cognato vell extraneo
ad judicium terrestre
vocari potest, et si
repertatur male Tu=
tellam gessisse decreto
judicii ab eadem tu=
tella removetur ac o=
mne damnum praestare
cogitur.

Finis libri Imi

H.